ἐσχάτοις δ' ὑμνοῖσιν, ἃ δ' Ἰάλεμον, ὠμοβόλῳ νούσῳ
πεδαθέντα σθένος θ'
υἱὸν Οἰάγρου.

Sunt, inquit, *Latonae liberorum paeania suo tempore praeconia; sunt, quae oriente ex dithyrambo hederae coronam quaerunt; funusque quadriiugum peremptorum corpora filiorum condens Musae, alia Linum aelino canebat, alia Hymenaeum, quem in nuptiis tardatum gens mortalis primo postremoque in cantu vocat, alia Ialemum, crudelique morbi tactu membra captum filium Oeagri.*

In his sunt, quae parum disputabilia videantur: quis enim vel impugnet vel probet ea, quae scribi potuerunt, scripta esse nemo unquam demonstrabit? Sunt tamen quae ne potuerunt quidem scribi a poeta Thebano. Ex quibus potissima delibo. Initium Scholii quum ego sic integrandum dixissem: Φασὶ τὸν ἔλεγον παρωνομάσθαι κτλ., Hermannus eo magnam me prodidisse levitatem culpans ipse ita refingit: Φασὶ δὲ ἰάλεμον παρωνομάσθαι κτλ. Non repugno: quanquam habebam quod sequerer. Memineram enim ἰάλεμον veteribus esse θρῆνον vel ἔλεγον, unde Scholiastam ponebam poeticum vocabulum vulgari interpretatum esse, comparabamque Scholl. in Troadd. 1304. Ἰαλέμῳ τοὺς θανόντας — Ἀνακαλεῖς τοὺς τεθνηκότας θρήνῳ. Sed quod idem vir summus me recte quidem ait vidisse Λατοῦς post τεκέων resti-

tuendum esse — quod codex ratum habuit —, sed „mira perversitate iudicii" rationem attulisse hanc, quod χρυσαλάκατος haud raro Latonae sit epitheton: hanc criminationem ut a me alienissimam amolior. Legitur quidem in Museo Rhenano p. 113., poscere expressam ipsius numinis declarationem epitheton χρυσαλάκατος „*da dasselbe nicht selten ein bei Lato stehendes ist.*" Istae ineptiae typothetae imputantor. Scripseram equidem: „*da dasselbe nicht ein bei Lato stehendes ist*", volebamque: *quum non uni Latonae tanquam perpetuum adhaeserit epitheton.* Alias scripsissem: „*da dasselbe nicht selten bei Lato steht.*" Mea operarum vitio corrupta esse poterat ex proxime sequentibus abunde colligi. Ita enim pergo: „*Daher auch* Nem. VI, 37. χρυσαλακάτου ἔρνεσι Λατοῦς", h. e. quoniam et aliis Deabus idem datur. Plane igitur concinebam cum Hermanno. Idem ὥ ρ ι α ι παιάνιδες eximie repperit. Quae deinceps sequuntur, Hermannus non probabili emendatione sanavit. Nam quum compluribus de caussis reiicienda sint quae protulit, haec sufficit una. Quid enim quaeso hoc est: *Sunt cantus qui oriente ex Dithyrambo hederae coronam petunt?* Quae ubi ad communem intellectum redegeris, sonabunt: *Dithyrambi coronam petunt ex Dithyrambis.* Placeant haec cui possunt: nobis si quid unquam certum illud est, numen debere appellatum esse, cuius festos dies celebrent cantus, ut Paeanas poeta dixit ad Letoidas pertinere.

Id reputans quum ductus codicis consectatus proposuissem ἐκ Διωνύσου μεταμαιόμεναι, hanc emendationem Hermannus ex iis esse dicit, *quas ex indicibus conquirant, qui non ex ipso fonte haurire didicerint.* Intemperantius fusa nollem in Opusculis repetita: adeo nihili sunt. Vituperavit autem Hermannus non aliam ob caussam, quam quod ipsius scriptura διθυράμβων alterum excludit. Nunc autem video omnia ista ita refici facile posse:

ἔ ν τ ι δ' α ὖ θ ά λ λ ο ν τ α ν α ρ κ ί σ σ ο υ σ τ έ φ α ν ο ν
ἐ κ Δ ι ω ν ύ σ ο υ μ ε τ α μ α ι ό μ ε ν α ι.

Nam in festis Dionysiacis vernis non solum hedera et, qui sunt vernales flores, rosis violisque tempora vinciebant, sed etiam narcisso, qui et Baccho sacer fuit et primo vere efflorescebat. Compara vel Chaeremonem Tragicum in Dionyso apud Athen. XV, p. 679, F.

Κισσῷ τε ναρκίσσῳ τε τριέλικας κύκλῳ
στεφάνων ἑλικτῶν.

Idem flos coronis victorum implicabatur, ut rosae atque myrtus. Praeclare autem poeta cantus ipsos coronam ambire dicit, ut teste Eustathio p. 56, 22. ἀγῶνα vocaverat μνασιστέφανον, et alias μναστῆρα στεφάνων. Versu

quinto ὕμνει Hermannus edidit: verum in iis quae interciderunt debebat verbum esse, velut *plorabant*, verissimeque notaverat Welckerus, dictum esse αἴλινον ὑμνεῖν ut εὐδρακὴς λεύσσειν, εὐφεγγὴς ἰδεῖν et similia. Nam eximie poeta Linum ipsum dicit αἴλινον ὑμνεῖν, quoniam cantus ab illo nomen nactus αἴλινον resonabat: utrumque autem, et filius ille Musae et cantus, tam sunt inter se complicati, ut divelli nequeant. Velut heroina et urbs ex ea nominata in Pindaricis. Paullo post χρονιζόμενον scripsit Hermannus et transfert *tardatum*. Contra fabulae, de quarum intellectu disputatum est in Museo Rhenano, ex thalamo evanuisse ferunt. Verissime Welckerus ἐγ γάμοισι χροϊζόμενον, reliqua vel incerta vel falsa. In fine ὁμοβόλῳ ferri posse negavi: Hermannus ὠμοβόλῳ dedit. Ne id quidem defendas comparato τηλεβόλος νοῦσος, in quo quidem v. τῆλε succurrat mittendi notioni: verum erat quod protuleram ὠμοβόρῳ. In sqq. Orpheo nimium dedisse Hermannum apparet, sua autem dempsisse Ialemo. Nam quum Scholiasta Ialemi gratia, quem Oeagri et Calliopae filium a Pindaro vocatum collegit ex eo, quod eadem Musa Orpheum luxisse dicitur, haec omnia adscripserit, par est plura de eo dicta fuisse. Sed finis omnino turbatus est, eoque minus certo de eo iudicari potest, quum fabulam Pindaricam aliunde non habeamus cognitam. Mitto coniecturas. Υἱὸν Οἰάγρου, h. e. *Orphea*, ego emendaveram eoque demonstraveram pertinere Scholl. Pind. Pyth. IV, 313. Ἀπόλλωνος τὸν Ὀρφέα φησὶν εἶναι, ὃν καὶ αὐτὸς ὁ Πίνδαρος καὶ ἄλλοι Οἰάγρου λέγουσιν. Ibidem in fine Scholii est: Καὶ Ἀσκληπιάδης ἐν ἕκτῳ Τραγῳδουμένων ἱστορεῖ Ἀπόλλωνος καὶ Καλλιόπης [Λίνον,] Ὑμέναιον, Ἰάλεμον, Ὀρφέα, cuius locum integriorem servavit noster Scholiasta instauratum ab Hermanno. Sed periculosum est ex Asclepiadis verbis de Pindaro velle iudicare, ut fecit Hermannus p. 197; alter omnes hos quattuor Musarum filios ex Apolline et Calliopa prognatos dicit, Pindaro Ialemus et Orpheus Calliopae sunt, reliqui aliarum Musarum. Illud autem aperte falsum, quod Hermannus p. 196. scribit: „*Neque Apollinis filium Pindarus Pyth. IV*, 176. *Orpheum dixit, neque confudit Apollinem cum Oeagro,* — quod cui tandem venerit in praecordia? — „*quum scripsit:*

ἐξ Ἀπόλλωνος δὲ φορμικτὰς ἀοιδᾶν πατὴρ
ἔμολεν εὐαίνητος Ὀρφεύς,

sed, ut Ammonius aliique Grammatici viderunt, ἐξ Ἀπόλλωνος φορμικτὰν *appellavit.*" Alios praeter Ammonium quum dicit Hermannus, quos dicat doceri velim.

Scholia Ammonium testantur unum solum, qui *σύμφωνον τὴν ἱστορίαν θέλων εἶναι οὕτως ἀποδίδωσιν· ὁ δὲ τοῦ Ἀπόλλωνος μουσικός.* Cui obloquutus dicitur Chaeris; iure suo. Enumerat enim Pindarus, qui filii Deorum in societatem expeditionis Iasoneae venerint: Herculem et Tyndaridas Iovis, Neptuni Euphamum et Periclymenum, Apollinis Orphea, Mercurii Echiona et Eurytum, Boreae Zeten et Calain. Cur ita fecerit disci potest ab Dissenio. Iam ita lacera membra poetae compono:

Ἔντι μὲν χρυσαλακάτου τεκέων Λατοῦς ἀοιδαὶ
ὥριαι παιάνιδες· ἔντι δ' αὖ θάλλοντα ναρκίσσου στέφανον
ἐκ Διωνύσου μεταμαιόμεναι· τὸ δὲ κοιμίσαν
τρ . . . .
. . . . σώματ' ἀποφθιμένων·
ἁ μὲν ἀχέταν Λίνον αἴλινον ὑμνεῖν, ἁ δ' Ὑμέναιον,
ἐν γάμοισι χροϊζόμενον . . . . συμ πρῶτ . . λάβεν
ἐσχάτοις ὕμνοισιν· ἁ δ' Ἰάλεμον, ὠμοβόρῳ
*νούσῳ, * ὅτι πεδαθέντα σθένος υἱὸν Οἰάγρου. . . . . .*

Festinantius sua scripsisse Hermannum docet et illud, quod quum se omnia poetarum fragmenta in Scholiis illis Vaticanis vel commemoraturum vel lustraturum promisisset, quaedam intacta reliquit. Ea supplebo. Praeter versus ipsius Euripidis citatos ad Troadd. 626. 990. 1030. Rhesum 105. 430. et Hesiodum Theogon. ad Troadd. 370. 990. et Sophoclem Trach. 783. ad Troadd. 573. ad Troadd. versum 122. mos fuisse dicitur, ut litori appulsuri tibias inflarent: *παρ' ὅσον αὐλοῦσιν αὐλοὺς ἔχοντες . . . . . . ἀλλ' ἡρακλῆς αὐλεῖ τις.* Ultima verba sunt poetae nescio cuius, credo Comici. Philemonis autem et Menandri fabularum reliquiis addantur ex Scholiis in Rhesum 250. haec: *Τῆς ἐσχάτης* (*ἔσχατος* Dindorfius) *Μυσῶν παροιμίας μέμνηται Φιλήμων ἐν σκελετῷ·* (f. *Σικελικῷ* Dindorf.) *τὸ δὴ λεγόμενον τοῦτο·*

Μυσῶν ἔσχατον
ἐνόμιζ' ὁρᾶν τὸν υἱὸν ἐκπλέονθ' ὁρῶν.

Καὶ Μένανδρος·

εἰ μὴ γαμεῖς γὰρ ἔσχατον νόμιζέ με
Μυσῶν.

In Philemonis versu *ἐνόμιζεν* legebatur. In Menandreis *Φρυγῶν*. *Μυσῶν*: illud deleri iussit Dindorfius. Idem Menander *Ἀνδρογύνῳ* apud Schol. Platon. p. 33. Ruhnk. *Μυσῶν ἔσχατος πολέμιος* dixerat, v. Meinekium p. 23. Redeo ad Pindarum.

VII. Ad fr. Pindari inc. 122. respexit Herodianus *περὶ μονήρ. λέξ.* p. 39, 5. *Τὸ ἀλαλὴ οὐ φύσει τρισύλλαβον·*

Κλῦθ' ἀλαλὰ, πολέμου θυγάτηρ.
Ita scriptum est.

VIII. Fr. inc. 131. Adde Eustath. Opuscc. p. 124, 83. Ὁ μὲν τὰς ἐλπίδας φάμενος ἐγρηγορότων ἐνύπνια οὐκ ἔσθ' ὅπως εὑρήσει τὸν ἢ ἀντιλέξοντα ἢ κάλλιον φράσοντα. Confer Plutarch. Amator. p. 759, B. ibique Winckelmann.

IX. Fr. inc. 194. ex Scholl. Arist. Vespp. 302. Boeckhius edidit: Πόρον τὸν πορισμόν φησι· ἐπήνεγκε δὲ τοῦτο παρὰ τὸ Πινδαρικόν·

Πανδείματι μὲν ὑπὲρ πόντιον Ἕλλας πόρον ἱερόν.

Πανδείματι Boeckhius vertit *ingenti omnium terrore*. Nunc vero Pindari manum rettulit Schol. Venetus p. 855, 2. Dindorf. Ὁ Πίνδαρος τὸν πλοῦν τοῦ Ἑλλησπόντου, νῦν δὲ πορισμόν· Πανδείμαντοι κτέ. Medos intellige.

X. Anecdd. Oxonn. I, p. 201, 14. in docta explicatione de variis vocis θοός significationibus: Σημαίνει δὲ καὶ τὸ μέγα· Πίνδαρος ἐπὶ τοῦ Ὤτου καὶ Ἐφιάλτου·

Πίτνοντες θοὰν κλίμακα οὐρανὸν ἐς αἰπύν, τὴν μεγάλην δηλονότι· θοαῖς ἀφροσύναις ἀντὶ τοῦ μεγάλαις· καὶ θοὴ δ' ἐπεδέξατο γᾶ (γαῖα Cramerus), μεγάλη. Καὶ θοῆς ἔστηκε πόλεως (πόληος), μεγάλης. Demonstravi in Exercitt. Critt. p. 23. quam non recte Grammaticus vocem θοὰν et rell. explicuerit, docuique θοὰν κλίμακα per antimeriam dictum esse redireque fere ad i. q. e. *alacriter*. Assumpta Crameri correctione πιτνῶντες versus ita digerendos esse dixi:

πιτνῶντες θοὰν
κλίμακ' ἐς αἰπὺν οὐρανόν.

Vidi autem posthac esse haec ex eodem carmine quo fr. inc. 137., quod servavit Apollonius Synt. II, p. 180. Sylburg. Τὸ ἀλλήλους τρώσητε οὐ ταὐτόν ἐστι τῷ ἑαυτοὺς τρώσητε· ὥσπερ καὶ τὸ Πινδαρικὸν οἱ περὶ Τρύφωνα ἐσημειοῦντο ἐπί τε τοῦ Ὤτου καὶ Ἐφιάλτου, συγκατατιθέμενοι μὲν τῷ·

Ἀλλαλοφόνους δ' ἐπάξαντο λόγχας,
οὐ μὴν τῷ·

ἐνὶ σφισιν αὐτοῖς
οἱ γὰρ ἑαυτοῖς τὰ δόρατα ἐνῆκαν, ἀλλ' ἀλλήλοις.
Pindarus igitur in carmine aliquo Aloidarum facinus et obitum accurate persecutus videtur: quae pars carminis longioris τὰ ἐπὶ τοῦ Ὤτου καὶ Ἐφιάλτου vocari solita videtur. Ut pars primi Olympii carminis κρεουργία τοῦ Πέλοπος et alia pariter. Boeckhio haec ex Paeane illo, in quo Niobae liberorum interitus fuit, sumpta suspi-

canti non assentior. Reliqua Grammatici exempla ex eodem poeta deprompta puto.

XI. Theseus et Pirithous in Molossorum terram exercitum egerant, ut regis uxorem raperent in Pirithoi gratiam. Sed capti tenebantur in custodia, v. Paus. I, 17, 4. Ad hanc expeditionem, de qua dixisse Pindarum docet Paus. I, 41, 5. (fr. inc. 163.) refero quae tanquam exemplum Syllepseos memoravit Herodianus περὶ σχημάτων p. 59, 28. Dindorf. Τὸ παρὰ Πινδάρῳ ἐπί τε τοῦ Πειρίθου καὶ Θησέως λεγόμενον·

Φὰν δ' ἔμμεναι

Ζηνὸς υἱοὶ καὶ κλυτοπώλου Ποσειδάωνος. — ⌣

Codex A φαμέν. Tum υἱοὶ CD: υἱὸς B: υἱὸν A. Deinde ἢ κλυτοπώλου D: Ποσειδάονος A.

XII. Scholl. Veneta Aristoph. Pac. 250. Πόλιν εἶπε τὴν Σικελίαν νῆσον οὖσαν. Καὶ Ὅμηρος πολλάκις τὰς νήσους πόλεις καλεῖ, ὡς τό·

Λῆμνον δ' εἰσαφίκανε, πόλιν θείοιο Θόαντος.

Καὶ Πίνδαρος δὲ περὶ τῆς Αἰγίνης·

Ἁ μὲν πόλις Αἰακιδᾶν.

Codex πολλάκις. Ita fere Nem. VII, 10.

Πόλιν γὰρ φιλόμολπον οἰκεῖ δορυκτύπων Αἰακιδᾶν.

XIII. Anecdota Oxonn. I, p. 95, 8. Πίνδαρος μὲν βληχρὸν τὸ ἰσχυρόν·

Πρόφασις βληχροῦ γίνεται νείκεος,

φησί· διὰ τοῦτο λαμβάνων τὸ ἃ στερητικὸν αὐτὸ ἡγεῖται καὶ βαρύνει ἄβληχρος· ἔνθεν Ἡρακλείδης ὁ Μιλήσιος κατὰ βαρεῖαν τάσιν τὸ θηλυκὸν ἀνέγνω ἀμβλήχρην (Hom. Il. E, 337.)· ἡγεῖται γὰρ στέρησιν, οὐ πλεονασμόν· λέγομεν δὲ ὅτι βληχρὸν σημαίνει τὸ ἀσθενές, οἷον·

Βληχρῶν ἀνέμων ἀχείμαντοι πνοαί

(Alcaei fr. XLVI.)· τὸ δὲ ἀβληχρὸν κατὰ πλεονασμόν· εἴρηται δὲ βληχρὸν ἀπὸ τοῦ πίπτοντος ἢ καταβάλλοντος, βέβληται, βληχρὸς ὁ πίπτων, ὅπερ ἐστὶν ἀσθενής· ἐπὶ δὲ τοῦ σημαίνοντος τὸ ἰσχυρὸν βέβληκε, βληχρὸς ὁ βάλλων, ὅπερ ἐστὶν ἰσχυρός. Non unus Pindarus ita sensit: praeter Heraclidem Milesium Herodianumque ἐν τῷ περὶ παθῶν apud Orion. s. v. confer Scholia Ap. Rh. II, 205. et Bekkeri Anecdd. p. 322, 1., quibus se facilem praebuit Valckenarius in Theocriti Adoniazusas p. 218. Quum autem Grammatici veteres βληχρὸν apud Homerum, Alcaeum aliosque poetas ἀσθενὲς sonare tradiderint, apud Pindarum ἰσχυρόν: Boeckhius hanc doctrinam suspicabatur fluxisse ex Threnor. fr. I, 9., ubi est de ἐρέβει et βαράθρῳ, quo ait detrusas esse animas scelestorum:

ἔνθεν τὸν ἄπειρον ἐρεύγονται σκότον

βληχροὶ δνοφερᾶς νυκτὸς ποταμοί.

Censuit autem Boeckhius Grammaticorum explicationem incredibilem: si non debile, at ignavum significare, v. Exercitt. Critt. nostras p. 22. Rem nunc conficit accuratus locus Grammatici Oxoniensis: βληχρὸν Pindaro ἀσθενές, ἄβληχρον erat ἰσχυρόν.

XIV. Ioannis Τονικὰ παραγγέλματα p. 12, 26. Dindorf. Παροξύνεται τὸ ἰχθὺν παρὰ Πινδάρῳ, ἐπεὶ βραχὺ τὸ ῡ τῆς αἰτιατικῆς, τῆς εὐθείας μακρὸν ἐχούσης καὶ παραλόγως περισπωμένης. Pindarus fr. inc. 143. ἰχθὺν παιδοφάγον dixit delphinum: ad eundem locum respexisse Ioannem aperit Choeroboscus Bekkeri p. 1232. Πρόςκειται ἐν τῷ κανόνι „φυλάττουσα τὸν χρόνον τῆς εὐθείας" διὰ τὸ ἰχθῦς ἰχθύν,

ἰχθὺν παιδοφύγα·

αὕτη γὰρ συστέλλει τὸ ῡ καὶ οὐχ ὁμοτονεῖ τῇ περισπωμένῃ εὐθείᾳ.

XV. Fr. 163. Μελισσοτεύκτων κηρίων
ἐμὰ γλυκερώτερος ὀμφά,

plane ita exstat in Anecdd. Oxonn. I, p. 285, 19. Nam γλυχερώτερος est σφάλμα, v. p. 472.

XVI. In fr. Dithyramb. 44. Boeckhius cum Schneidero edidit:

Ἀλόχῳ ποτὲ θωραχθεὶς ἐπέχραεν ἀλλοτρίᾳ.

Quod egregie inventum a vestigiis tamen librorum longius dissidet. Nam codex Meletii Monac. ἔπεχε ἀλλότρια, codex Barocc. 131. in Museó Philol. Cantabrig. IV, p. 112. ἀλόχῳ ποτὲ θωριχθεὶς ἐπείχεν ἀλλότρια praebent. Quare in Exercitt. Critt. p. 24. consultius videbatur sequi Nic. Petreium, qui transtulit: *Falsis insimulavit uxorem.* Legit igitur ἐπέχεεν ἀλλότρια, h. e. *in uxorem effudit alienos* (ineptos, absonos) *sermones.*

Exercitationum Criticarum in Poetas Graecos

Caput VI. [1])

Emendantur loci Callimachi, Hesiodi, Solonis aliorum.

Recipiebam supra me explanaturum quid de illo versu Callimachi sentiendum esset, quem corruptum profert Et. M. v. ἁρμοῖ. παρὰ Καλλιμάχῳ·
Ἁρμοῖ γὰρ Δαναῶν γῇ ὡς ἀπὸ βουγεέως.
Viam emendaturis munit qui eundem versum alium in usum commemoravit Hesychius s. v. Βουγενέων· τῶν μελισσῶν. Καλλίμαχος·
Ἅρμενα πὰρ Δαναοῦ γῆς ἐπὶ βουγενέων.
Καὶ ἡ μέλισσα βουγενής, ὅτι ἐκ βοείων ὀστέων γεννᾶται.
In hunc modum interpolavit Musurus: codex Venetus in lemmate βουγενῶν offert, poetae autem verba sic scripta: Ἅρμενοι γὰρ Δανάου γῆς ἐπὶ γενέας. Ultimum noli mirari: βου enim per lineolam indicatum erat, ut de quo sermonem esse testaretur lemma. Ipse Hesychii locus vel ab conditore Lexici inscite conflatus vel temporum iniuriis immane quantum attritus est. Bentleius quidem — nam reliquorum somnia sileo — ἁρμοῖ et βουγενέων utriusque Grammatici testimoniis satis firmata arbitrabatur: caetera incerta esse. Callimachumque ratus appellasse *apum terram Hyblam fortasse vel Hymettum*, ita edidit:
Ἁρμοῖ πὰρ Δαναὸν γῆς ἀπὸ βουγενέων.
Contra tantum abest ut Callimachus de apibus ex cadavere bovino natis locutus sit, ut ne in mentem quidem venerit. Nimirum excidit post μελισσῶν glossa fere haec: Βουγενέος· τοῦ ἐκ βοὸς γεννηθέντος, cui contestandae appositus erat versus Callimachius, qui ita integrandus est:
Ἁρμοῖ γὰρ Δαναοῦ γῆς ἐπὶ βουγενέος.
Βουγενῆ appellavit Danaum poetarum eruditissimus, qui ad Io virginem consilio Iovis forma bovina indutam genus referret: ab illa enim Epaphus natus est, cuius filia Libya Neptuno peperit Agenorem et Belum: Beli filii Aegyptus et Danaus, v. Apollod. II, 1, 4. Verum esse id quod declaravimus manifestant sequentia: καὶ ἡ μέλισσα βουγενής. —

---

1) Capita quinque priora prodierunt Brunsvigae 1836. 4.

Pergo ad alia. Scribit Scholiasta Venetus A in Homeri Iliad. Λ, 155. quae Aristonici observatio est: Ἡ διπλῆ πρὸς τὴν ἄξυλον, ὅτι πολλὰς ἐκδοχὰς ἔσχηκεν. οἱ μὲν γὰρ τὴν θρυώδη ἀποδεδώκασιν, οἱ δὲ τὴν πολύξυλον· βέλτιον δὲ ἀφ' ἧς οὐδεὶς ἐξυλίσατο, ὡς Ἡσίοδος·

Τῆλε γὰρ ἀξυλίῃ κατεπύθετο κήλεα νηῶν.

Hoc fragmentum a Goettlingio omissum supplevit Hermannus Opuscc. VI, p. 268. Explosit autem Hermannus sententiam eorum, quibus vox κήλεα alia forma eius q. e. κῆλα visa erat: ipse χείλεα νηῶν restituendum dicit. Non dicam neque illud, non usitatum esse Graecis ita loqui, neque longius recedere ab eo quod traditum est: sententia ipsa laborat. Non facile verendum est ne labra navium putredine corrumpantur, ne alveus navis humore terrae suffuso putrescat verendum est. Hinc haec mihi subnata est emendatio:

Τῆλε γὰρ ἀξυλίῃ κατεπύθετο κήτεα νηῶν.

Verissime enim Buttmannus Lexilog. II, p. 95. κῆτος ducit a stirpe verbi χάσκω, unde omne id quod excavatum hiat, omne quod vastum est et late patescit designat. In navibus igitur κῆτος erit alveus, unde Homero est ναῦς μεγακήτης. Haec sententia si vera est, eodem momento profligabimus sagacem opinionem Lucae, qui in praeclaris Quaestt. Lexicolog. I, p. 46. vocem μεγακήτης magnitudinis significationem bis habere sibi persuasum ait comparatque cum nostro *ungeheuer gross*.

Eximium fragmentum *Elegiae Solonis* ex diversorum scriptorum locis consarcinatum ita restituit Nicolaus Bachius in Iahnii Annall. Novis 1835, I. p. 99. „adhibita", ita enim affirmat, „diligenti emendatione":

Ἐκ νεφέλης πέλεται χιόνος μένος ἠδὲ χαλάζης,
Βροντὴ δ' ἐκ λαμπρῆς γίγνεται ἀστεροπῆς.
Ἐξ ἀνέμων δὲ θάλασσα ταράσσεται· ἢν δέ τις αὐτὴν
Μὴ κινῇ, πάντων ἐστὶ δικαιοτάτη.
Ἀνδρῶν δ' ἐκ μεγάλων πόλις ὄλλυται, εἰς δὲ μονάρχου
Δῆμος αἰδρείῃ δουλοσύνην ἔπεσεν·
Λείης δ' ἐξάραντ' ἄρα ῥήδιόν ἐστι κατασχεῖν
Ὕστερον, ἀλλ' ἤδη χρὴ περὶ πάντα νοεῖν.

Affert Plutarchus Solone III. versus quattuor priores; tertium distichon Diodorus Siculus XIX, 1., idem autem in Excerptis Vatic. p. 23. Dindorf. omne fragmentum omissis versibus 3. 4., denique primum et tertium distichon Diogenes Laertius Solone I, 50. Laudo Bachium, quod versu 1. πέλεται recepit: unus Diogenes absurde φέρεται, quod „ut fortius" in editione Solonis praeoptaverat idem Bachius. Versu 2. in deterius lapsus nunc λαμπρῆς probavit cum Diogene: credo quod *Ionismo Solonis sui me-*

tueret; Diodorus et Plutarchus λαμπρᾶς tuentur. Verissime: quippe istam terminationem in hac voce adeo perhorruerunt vetusti poetae epici atque elegiaci, ut ubicunque etiam nunc residet, exstirpari debeat. Refugerunt autem ob ῥ illud praegrediens cum π sociatum: et Solo quidem in aliis similibus idem tenuit: ita in longiore Elegia apud Demosthenem p. 422. Rsk. versu 25. πραθέντες, non πρηθέντες; v. 34. τραχέα, non τρηχέα; v. 37. pariter πραΰνει ex consensu librorum quod constet omnium vulgatur: at versu tertio quod ὀβριμοπάτρη editur, noli attrectare utpote Epicorum poetarum auctoritate sancitum. Omnino qui Solonem Ionice scripsisse Elegias suas reliquaque opera poetica in animum induxerunt falluntur. Sed ut ad vocem λαμπρᾶς redeat disputatio, Goettlingii impetum in Hesiodi Theog. 18. λαμπρήν τε σελήνην, non secus in v. 371. et Certamine Homeri et Hesiodi p. 251, 29. in Epigrammate illo si Dis placet in Midam, quod Homero adscribunt alii, Simonides Cleobulo Lindio, λαμπρή τε σελήνη novantis, repressit G. Hermannus Opusc. VI, p. 153., iure ille ampliandum ratus. Et in versu Theog. 371. Scholia in Eurip. Phoen. 179. et Apoll. Rhod. IV, 54., quae Hermannus attulit libris accinunt: accinunt tres alii Grammatici, Ammonius p. 66. Valcken., Scholl. Vett. in Pind. Olymp. VIII, 72. et vetustus Scholiasta Vaticanus in Eurip. Troadd. 855. In carmine isto in Midam, quod inter Epigrammata quae dicuntur Homerica tertium est, plures qui citant auctores λαμπρὰ recte servarunt: in his est Vita Homeri quae Herodoti nomine fertur cap. V., Diog. Laert. I, 89. Restat nobilissimus locus Leschis Lesbii, quem ex Iliade Parva servarant Clemens Alex. Stromm. I, p. 381. Potter., Scholiasta Euripidis apud Muellerum Cycl. p. 111. et Tzetza in Lycophr. 344. et in Posthomeric. 720. 775. Apud illos ita scriptus est is versus:

Νὺξ μὲν ἔην μεσάτη, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελήνη.

Idem in Tzetzae commentariis recentiores editores reposuerunt, quem quidem liberant a suspicione culpae et Posthomerica et libri scripti Scholiorum in Lycophronem. Nam ibi, quoque editiones vetustiores et codd. Viteberg. 2 et 3 cum Eudocia praestant μέσση et λαμπρή, Viteberg. 1 et Clz. μέσση, λάμπρη et σελήνη sistunt. Tot excitavit turbas quod reperiebant indoctiores Grammatici λαμπρὰ iuxta μέσση et σελήνη. Unde alii satis habebant λαμπρὰ formam ad normam scilicet exigere, imprudentiores alii inde Dorismum transfundebant in reliqua verba. Ab poeta ipso versus profectus erat hic:

Νὺξ μὲν ἔην μέσση, λάμπρα δ' ἐπέτελλε σελήνη.

Revertor ad Solonem. Paullo post *γίνεται*, ut est apud Diodorum et Plutarchum — etiam in codice Rodulfi apud Walzium — non erat spernendum. Gravius est quod ad alterum distichon pertinet. Praeparat poeta sententiam primariam: *Ex magnis viris civitates pessumdari* more poetis sueto in hunc modum: *Ex nubibus proveniunt nives et grando, ex fulmine fit tonitru.* Quae his verbis vulgo assuta leguntur, ea et inani tinnitu aures tundunt et sententiarum nexum non retardant solum, prorsus pervertunt. Quid enim? Num ventorum haec una vis est, ut solum mare moveatur et turbetur? Minime vero: sed ut demus id potuisse poetam dicere, alterum sanus non potuit, mare esse iustissimum rerum omnium nisi quis attigerit. Quasi vero ventorum flatus sit *quidam*, qui mare cogat fieri impium. Puto quemque qui haec reputaverit sensurum nobiscum, qui illos versus ineptissimos eliminandos esse persuasum habeamus. Succurrunt testium auctoritates: ignorat et Diodorus et — qui haec non ex eodem fonte hausisse potest — Diogenes. Apponit unus Plutarchus l. c. demonstraturus, Solonem *ἐν τοῖς φυσικοῖς ἁπλοῦν εἶναι λίαν καὶ ἀρχαῖον.* Nunc nihil est certius, quam vel Plutarchum ipsum vel librarios consociasse, quae disparanda erant. Concedamus enim esse Solonis. Quanquam vel per se posita verba nimis absurda sunt. Quo enim vinculo haec adstricta est oratio: *Ex ventis turbatur mare: sin quis non moverit, omnium rerum est iustissimum?* Velim praeter hoc doceri, quid in Plutarchi finem haec faciant. Nam si *ventis mare turbari* dixit Solo, verissime dixit: quid enim aliud mare turbat nisi venti? Praeterea oratio ipsa vitiosa est, quoniam aut *πάντων ἐστὶ δικαιότατον* scriptum oportebat, aut, quod ab auctore versuum profectum credo, *πάντως ἐστὶ δικαιοτάτη.* Utut est, nostris versibus parum cauti inseruerunt editores Solonis. Versu quinto *τυράννου* Diodorus XIX, 1., altero loco cum Diogene *μονάρχου*, quod recte probatum est: compara Hesychium: Μονάρχου· τυράννου. Sexto versu *αἰδρείῃ* Diod. Excc. et vett. edd. Diogenis: *ἀϊδρίῃ* Diodorus XIX, 1., id quod omnes habet numeros veritatis. Ultimum distichon accessit ex Diodori Excerptis: codex Vatic. teste A. Maio ita: *Λείης δ' ἔξεραντα ῥαΐδιόν ἐστι κατασχεῖν*; altero versu *περὶ* deest, quod Dindorfius interponendum coniecit. Bachius quomodo inventa sua, in quibus vitiorum maior quam verborum numerus est, explicuerit videant quibus otii nimium concessum est. Dindorfius *οὐ ῥήδιον* invenit, reliqua non attigit. Nuper Iulius Pflugkius in Zimmermanni Diario 1836, nr. 36. p. 290. haec ita tentavit:

Δουλείης δ' ἔξαντ' οὐ ῥήδιόν ἐστιν ἀνασχεῖν sqq.
vel:

Δουλείῃ δ' εἴξαντ' οὐ ῥήδιον sqq.
donec acquiescat in hoc:

Βουλὴ δ' ἤδ' ἐξ ἀνδρὸς ἀΐδριός ἐστι κατασχεῖν sqq.

Explicationem addit hanc: *Imperiti hominis consilium est obviam ire facto; sed iam omnia circumspectare decet.* Erunt quibus talia placeant: mihi quum homines eruditos ita grassantes video, ludibrio ars critica haberi videtur. Proficiscendum in emendando versu ab iis verbis quae sana sunt: sanum autem est v. κατασχεῖν. Κατίσχονται autem ii, qui caput efferre gestiunt. Hinc haec ita profecta esse a poeta opinor:

Λίην δ' ἐξαρθέντ' οὐ ῥάδιόν ἐστι κατασχεῖν
ὕστερον, ἀλλ' ἤδη χρὴ περὶ πάντα νοεῖν.

Confirmare videntur suspicionem nostram verba Diodori: Σόλων παρελθὼν εἰς ἐκκλησίαν παρεκάλει τοὺς Ἀθηναίους καταλύειν (scribe κωλύειν, quanquam illud de homine dici non ignoro, velut Hermogenes apud Walz. III, p. 76. Ἡ Φύη μετὰ τὴν κατάλυσιν τοῦ Πεισιστράτου κρίνεται δημοσίων ἀδικημάτων.) τὸν τύραννον, πρὶν τελέως ἰσχυρὸν γενέσθαι. Similiter Plutarchus Solone XXX. Σόλων τὸ μνημονευόμενον εἶπεν, ὡς πρώην μὲν ἦν εὐμαρέστερον αὐτοῖς τὸ κωλῦσαι τὴν τυραννίδα συνισταμένην, νῦν δὲ μεῖζόν ἐστι καὶ λαμπρότερον (f. λυπηρότερον) ἐκκόψαι καὶ ἀνελεῖν συνεστῶσαν ἤδη καὶ πεφυκυῖαν. Retinendum autem erat ῥάδιον: Ionismum enim vetusta Atthide temperabat Solo. Haec igitur colorem Soloneum referent:

Ἐκ νεφέλης πέλεται χιόνος μένος ἠδὲ χαλάζης,
Βροντὴ δ' ἐκ λαμπρᾶς γίνεται ἀστεροπῆς·
Ἀνδρῶν δ' ἐκ μεγάλων πόλις ὄλλυται, εἰς δὲ μονάρχου
Δῆμος ἀΐδρίῃ δουλοσύνην ἔπεσεν.
Λίην δ' ἐξαρθέντ' οὐ ῥάδιόν ἐστι κατασχεῖν
Ὕστερον, ἀλλ' ἤδη χρὴ περὶ πάντα νοεῖν.

Sed operam nostram flagitat locus ille Hesiodeus Theog. 371. paullo ante commemoratus. Scholia in Troades ita scribunt: Κατὰ Ἡσίοδον οὐκ ἐστὶ ταὐτὸν φῶς καὶ ἡμέρα ταὐτόν. λέγει ὅτε μ... (f. γε μήν)· Θεία σ' ἠέλιον τέκετο λαμπράν τε σελήνην. Goettlingius autem edidit:

Θείη δ' Ἠέλιόν τε μέγαν λαμπρήν τε Σελήνην.

Mitto nunc, non commemoratam esse valde memorabilem Scholiastae nostri varietatem τέκετο, quum praesertim

Scholia in Apollon. l. c. τέκε exhibeant, quod in Parisinis abiit in τε καί: sed quod contra fidem librorum Hesiodi omnium contraque testationem quattuor perveterum Grammaticorum Θείη importavit, valde reprehendendum est. Sed idem Goettlingius v. 135. Θείην τε Ῥεῖάν τε restituit, melius certe quam quod ibi vulgatum erat Θεῖάν τε Ῥεῖάν τε. Et Θείην quidem non codices, sed tres tamen vetustae edd. obtulerunt. Praeter Θείην cum Dindorfio Ῥείην insuper requirit Hermannus Opuscc. VI, p. 162., ad idem fere arbitrium redit disputatio Muetzellii de Hesiodi Theog. p. 141. Goettlingius enim et h. l. et vv. 625. 634. Ῥεῖα tuetur. Fallitur autem Hermannus in eo, quod utrumque vocabulum eadem lege teneri pronuntiat, quanquam idem iam praecepit Eustathius Il. p. 979, 57. Ἡ Ῥείη ἀναλογίαν ἔχει πρὸς τὴν παρὰ τῷ Ἡσιόδῳ Θείαν· ὡς γὰρ Θέα Θείη ἐν Θεογονίᾳ, οὕτω καὶ Ῥέα Ῥείη. Sunt haec falsissima: nam vocis Θεία radix ΘΕΙ est, alterius ῬΕ: Θεία si Ionice dicitur, Θείη erit: longum enim ᾱ habet: ex Ῥέα (υ —) non potest nisi compensata mensura utriusque syllabae Ῥεῖα (— υ) fieri: nam Muetzellii apertus error est p. 142., qui quum finalis nominis Ῥέα syllaba producatur, eandem doceat esse alterius formae Ῥεῖα quam statuit condicionem. Provocat autem Hermannus ad Hymn. Hom. Apoll. Del. 93. ubi legitur Διώνη τε Ῥείη τε, tum in Cerer. 442. Ῥείην ἠΰκομον: addo etiam in Vener. 43. μήτηρ τε Ῥείη· Ζεὺς κτέ. In Hesiodi Theogonia 453. Ῥείη δ' αὖ δμηθεῖσα probat, quae editionis Aldinae scriptura est: reliqui fere Ῥεῖα δ' ὑποδμ. sistunt; denique in Homeri Iliad. XV, 187. errasse ait Grammaticos, qui ediderint οὓς τέκετο Ῥέα: poetam dedisse οὓς τέκε Ῥείη. Huic coniecturae speciem potuerat conciliare collato Hymn. Hom. XII, 1. ubi est: ἣν τέκε Ῥείη.

Indignatio subrepere solet saepenumero consideranti quid sit quod quae sapientissimis veterum magistrorum praeceptis sancita habemus, nostris commentis labefactare studeamus: nobis plaudimus, sordent illi. Spreta Homeri scriptura Aristarchi est neque tamen unius Aristarchi: altera omni caret fundamento. Idem Aristarchus, qui omnibus est in ore, Il. XIV, 203. Ῥείας dederat post Aristophanem. Talia vel post laudatissimum Lehrsii librum potuisse sperni! Et potuisse praesertim in iis rebus, quarum caussas investigare hodieque liceat.

Quid igitur? Scripsit sive Hesiodus sive qui eum redegerunt Θεία et Θείαν: apud Homerum vincat Aristarchi Ῥείας et Ῥέα: reliquos non moramur. Nam hoc video donandum esse, posteriores poetas a veterum poetarum

norma descivisse vitiosa analogia in fraudem inductos, Callimachum, Apollonium, Orphea et reliquos. Sed in Hymnis Homericis sordes istae eluendae in hunc modum: primo loco scribe Διωναίη τε Ῥέα τε, altero Ῥεῖαν ἐϋπλόκαμον, tertio μήτηρ τε Ῥεῖα, Ζεύς....., quarto denique ἥν τέκετο Ῥέα. Hesiodum ad eandem legem emenda: neque dubito quin Theog. 467. Alexandrini Grammatici Ῥέαν ediderint, non Ῥέην, quod libros invasit omnes. Paullatim ab imperitis in deteriora deflexum esse docent scripturae varietates v. 453.

Caput VII.

Archilochus. Melanippides. Epigrammata. Anacreon. Hipponax.

Similiter in aliis poetis Alexandrinorum Grammaticorum decreta vilipendi doleas. Promam exemplum. Carminis Archilochi ἐν τοῖς Θρακικοῖς ἀπειλημμένον δεινοῖς ad Glaucum amicum scripti haec particula est fr. XIII. Gaisford.

Γλαῦχ', ὅρα, βαθὺς γὰρ ἤδη κύμασιν ταράσσεται
Πόντος, ἀμφὶ δ' ἄκρα γυρεὸν ὀρθὸν ἵσταται νέφος,
Σῆμα χειμῶνος, κιχάνει δ' ἐξ ἀελπτίης φόβος.

Servarunt haec Heraclides Ponticus Alleg. Hom. IV, p. 12. Schow., Plutarchus de Superstit. p. 169, B., Theophrastus de Signis Tempestat. p. 438. Heins. et solum priorem versum Maximus Planudes in Hermog. V, p. 526. Walz. Ex hoc Maximo et Theophrasto Γλαῦχ' ὅρα reposuit Iacobsius: apud Heraclidem et Plutarchum plene scriptum est Γλαῦκε ὅρα. Non illud commissurus erat Iacobsius, si saluberrimis Grammaticorum Alexandrinorum placitis, quam barbarorum librariorum stupori obsequi maluisset. Nusquam enim nomen proprium ita decurtari, ut in χ exeat diligenter demonstravit Muetzell. de Hes. Theog. p. 137. Nisi quod in vulgatis exemplaribus Homeri Il. Λ, 451. restat:

Ὦ Σῶχ', Ἱππάσου υἱέ.

Ibi tamen Scholia Victorii annotant: ὦ Σῶκε ἐντελῶς αἱ Ἀριστάρχου. Aristarchi caussam in re valde simili agit Herodianus ibid. 441. Talia enim ait barbara ad aures accidere. Nos vero sero nati ista perhorrescamus! Redeat quod Graecum sonat Γλαῦκε, ὅρα κτλ. Neque casu verum servatum esse apud Heraclidem et Plutarchum no-

bis persuadebimus, sed ex fide monumentorum propagatum. Scilicet idem Aristarchus crisin suam impertierat Archilocho. — Altero versu Plutarchi codex D *γυρῶν,* codd. C E G. Harlei. Coll. Nov. Mosc. 2. *γυρεύων*, vulgo *γυρεῦον,* verissime *Γυρέων* Pol. Iannot., confer Lobeckium Phryn. p. 417., qui idem coniectura assecutus est.

Ad eundem Glaucum, Leptinae filium, scriptum est Fr. XI. XII., quod ita edunt:

Τοῖος ἀνθρώποισι θυμός, Γλαῦκε, Λεπτίνεω παῖ,
Γίνεται θνητοῖς, ὁκοίην Ζεὺς ἐφ' ἡμέρην ἄγει
Καὶ φρονεῦσι τοῖ', ὁκοίοις ἐγκυρέωσιν ἔργμασιν.

Partem horum versuum laudant Diogenes Laert. IX, 71., personatus Plutarchus de Vita et Poesi Hom. p. 1195. Wyttb., de Nobilit. p. 984., Theo Progymn. I, p. 153. Walz., Stobaeus Eclogg. I, 18. p. 38. Heeren. et Anonym. Schol. in Hermog. VII, p. 934. Walz. Non attingam quae recte scripta sunt: vitiosa corrigam. Primum loco *θυμὸς* exstat *νοῦς* apud Diogenem et qui exscripsit eum Suidam s. v. *Πυῤῥώνειοι*, tum in -Anonymi Schol. codicibus omnibus apud Walzium est: *Ἀνθρώποις νόος Γλαῦκε Λ.* [Mon. *Λεπτῖνε*] *παῖ.* Ibidem *ὁκοίην* servarunt libri Paris. 2. et Monac. Et *νόος* quidem verissimum esse arguit et sententia ipsa et quem ob oculos habuit poeta Parius locus Homeri Odyss. Σ, 135.

Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Sed illud ut numeris aptaretur non *ὦ Γλαῦκε* abnuentibus libris tentari debebat: vestigia librorum eo ducunt, ut *γὰρ* particulam intercidisse statuamus. Nam apud Pseudo-Plut. de Nobilit. l. c. est: *τοῖος ἀνθρώποισι γὰρ θυμός,* idemque in libris aliquot Theonis comparet.

Profectum *θυμὸς* est ab iis, qui ligamentum versus exturbassent, post resarturis mensuram syllabarum. Deinde pro *ἐφ' ἡμέρην* apud Diogenem *ἐπ' ἡμέρην* vulgatur, quod sincerum iudicamus, licet Frobenianum exemplum reliquis opem ferat, qui quidem fere et *ἡμέραν* ad suum sermonem corruperunt; Suidas Kusteri praepositionem ignorat. In fine unus Stobaeus *ἄγῃ* servavit, quod vel locus Homeri flagitabat. Tertium versum Iacobsius cum prioribus consociandum docuit: exstat in Dialogo Eryxia inter Platonicos p. 397, E., excerptus ab Stobaeo Floril. XCII, 21. Gaisford. Firmandae sententiae vereor ne non recte advocaverit Sextum Empiricum VII, p. 398. *Καὶ Ἀρχίλοχός φησι τοὺς ἀνθρώπους τοιαῦτα φρονεῖν, ὁποίην Ζεὺς ἐφ' ἡμέραν ἄγει*: nam verba *τοιαῦτα φρονεῖν* ex priore potius versiculo hausit. Sed illud per se certum. Ita igitur lege:

Τοῖος ἀνθρώποισι νόος γάρ, Γλαῦκε Λεπτίνεω παῖ,
Γίνεται θνητοῖς, ὁποίην Ζεὺς ἐπ' ἡμέρην ἄγῃ,
Καὶ φρονεῦσι τοῖ', ὁκοίοις ἐγκυρέωσιν ἔργμασιν.

Non intercedo tamen, si quis cum Scholiasta Hermogenis ἀνθρώποις νόος γὰρ malit: quod nos dedimus per synizesin effer.

Videamus alia. Linum ab Apolline interemptum — h. e. carmina popularia et lugubre sonantia cessisse artificiosiori poesi — Musas luxisse tradit poeta in Scholiis Ven. A Il. Σ, 570. Ἐθρηνεῖτο ὁ Λίνος παρὰ τῶν Μουσῶν οὕτως· Ὦ Λίνε, θεοῖς τετιμημένε, σοὶ γὰρ πρώτῳ μέλος ἔδωκαν ἀθάνατοι ἀνθρώποισι φωναῖς λιγυραῖς ἀεῖσαι· Φοῖβος δέ σε κότῳ ἀναιρεῖ, Μοῦσαι δέ σε θρηνέουσιν. Quorum in locum haec sufficiunt Scholia Victoriana et Eustathius p. 1193, 59., qui quidem Epigramma vocat, ex eoque Iacobsius Append. Anth. Pal. 390.

Ὦ Λίνε, πᾶσι θεοῖσι τετιμένε, σοὶ γὰρ ἔδωκαν
Ἀθάνατοι πρώτῳ μέλος ἀνθρώποισιν ἀεῖσαι
Ἐν ποδὶ δεξιτερῷ· Μοῦσαι δέ σε θρήνεον αὐταὶ
Μυρόμεναι μολπῇσιν, ἐπεὶ λίπες ἡλίου αὐγάς.

Haec Welckerus de Lino in Diar. Scholastico 1830, II, p. 30. et Ambroschius in Dissertatione de Lino p. 5. pro non diversis carminibus habuerunt: Welckerus adeo Grammaticum Ven. A metrorum rudem appellat: Epigramma autem esse valde recens. Quod quale sit perstringam breviter. Principio hoc incurrit in oculos, diversa esse carmina et verbis et numeris et aetate: prius illud in Scholiis Venetis auro carioribus servatum hos habebit praeclaros numeros si leniter nobiscum refinxeris:

Ὦ Λίνε, θεοῖσι τετιμένε, σοὶ γὰρ πρώτῳ
μέλος ἀθάνατοι
ἀνθρώποισιν ἔδωκαν φωναῖς λιγυραῖς ἀεῖσαι.
Φοῖβος δὲ κότῳ σ' ἀναιρεῖ,
Μοῦσαι δὲ σὲ θρηνέουσιν.

´ ∪∪ — ∪∪ — ∪∪ — ⋈ — ´ ∪∪ — ∪∪ —
⋈ — ´ ∪∪ — ⋈ — ´ ∪∪ — ∪ — —
— ´ ∪∪ — ∪ — —
— ´ ∪∪ — ∪ — ∪̄

Deinde Epigramma, si ita placeat vocare, hinc expressum est alienis quibusdam et futilibus assutis, ut est illud ἐν ποδὶ δεξιτερῷ. Quid vero si ipsum auctorem versuum nostrorum postliminio restituero? Idem Schol. A et Victor. paullo ante, ubi de Lino sermo est, haec tradunt: Ἡ κατὰ Λίνον ἱστορία παρὰ Φιλοχόρῳ ἐν τῇ ιθ' καὶ παρὰ

Μελανιππίδη, ἥ τε καλουμένη Σφαῖρα ποίημά ἐστιν εἰς τὸν Λίνον, ἀναφέρεται δὲ εἰς Ὀρφέα. Melanippidis igitur versus ex Dithyrambo esse illos coniicio: egregieque sententiae nostrae favent numeri, qui et indoli Melanippidis aptissimi sunt et simillimi iis quos aliunde cognitos habemus. Epigramma autem istud Orphici illius carminis particulam esse augurari licet. Praeterea Scholia Victoriana aliud afferunt Epigramma in Linum; quod cuius aetatis sit vel forma sua satis prodit:

Κρύπτω τὸν θεὸν ἄνδρα Λίνον, Μουσῶν θεράποντα,
Τὸν πολυθρήνητον Λίνον αἶ Λίνον ἧδε πατρῴα
Φοιβείοις βέλεσιν γῆ κατέχει φθίμενον.

Haec ego donec didicero quid sit θεὸς ἀνήρ, in hunc modum emendabo:

Κρύπτω ἔνθεον ἄνδρα Λίνον, Μουσῶν θεράποντα,
Τὸν πολυθρήνητον Λίνον αἴλινον· ἡ δὲ πατρῴα
Φοιβείοις βέλεσιν γῆ κατέχει φθίμενον.

Devertor ad Anacreontem. Carmen et a veteribus Grammaticis et a Bergkio meo primo loco positum praeter Scholiastam Hephaestionis magna ex parte attulit Ioannes Siceliota in Walzii Rhett. VI, p. 128. Ἡ μὲν στάσις ἐπῳδοὺς ᾄδει τελείους, ἡ δὲ περικύκλησις περίοδον, ἥτις ἐστὶ τοῦ τελειοτέρου μέλους ἀπηρτισμένη σύνοδος, ὡς ὁ Ἀνακρέων·

Γουνοῦμαί σ᾽ ἐλαφηβόλε,
Ξανθὴ παῖ Διός, ἀγρίων
Δέσποιν᾽ Ἄρτεμι θηρῶν.
Ἵκου νῦν ἐπὶ Ληθαίου
Δίνῃσι· θρασυκαρδίων.

Τοῦτο στροφή· εἶτα ἡ ἀντιστροφὴ πρὸς τὸ εἴδωλον·

Οὐ γὰρ ἐς ἀνημέρους
Ποιμαίνεις πολιήτας.

Ληθαῖος δὲ ὄνομα ποταμοῦ Μαγνησίας. Codex Parisinus γουνοῦμαί σε et v. 2. παῖ δός. Apertum iam esse opinor, vulgatam quinti versus scripturam θρεοκαρδίων non feliciter variis doctorum virorum coniecturis esse sollicitatam: cum Ioanne calx Turnebiani Hephaestionis θρασυκαρδίων exhibet verissime. Nisi quod, ut apte vinciantur membra orationis, post illam vocem τε particulam absorptam statuo totumque carmen ex fide librorum veterum nunc ita scribo:

Γουνοῦμαί σ᾽, ἐλαφηβόλε,
Ξανθὴ παῖ Διός, ἀγρίων
Δέσποιν᾽ Ἄρτεμι θηρῶν·
Ἵκου νῦν ἐπὶ Ληθαίου
Δίνῃσι θρασυκαρδίων τ᾽
Ἀνδρῶν ἐγκαθόρα πόλιν

Χαίρουσ᾽· οὐ γὰρ ἀνημέρους
Ποιμαίνεις πολιήτας.

In quo quid tandem iure vituperabitur? Invocatur Dea, ut veniat ad Lethaeum flumen, h. e. ad Leucophryn oppidum in agro Maeandrio situm et Dianae templo nobile.

Eiusdem poetae fr. LXXXIV. Bergk. exstat etiam apud Herodianum περὶ ἀκυρολογίας in Boissonadii Anecdd. III, p. 263. Διασύρων τινὰ Ἀνακρέων ἐπὶ θηλύτητι·
Καὶ θάλαμος, ἐν ᾧ (l. τῷ) κεῖνος οὐκ ἔγημεν,
ἀλλ᾽ ἐγήματο.

Hipponactis fragmentum hoc affertur ab Tzetza in Homeri Iliad. p. 153, 15. Τὸν δὲ Ἄργον .... ὑνα φασὶ κατὰ παντὸς .... ατος ὀφθαλμοὺς ἔχοντα .... άττοντα τὴν Ἰὼ προςτάξει .... ς. ὃν ἀνεῖλεν Ἑρμῆς κελεύσει ...! τι δὲ κύων ὁ Ἄργος, καὶ Ἰ .... αξ φησί·
Ἑρμῆ κυνάγχα, μὴ .... αν δοῦλα.

Lacunas in oratione Tzetzae ita explevit Welckerus fr. XVIII. Τὸν δὲ Ἄργον κύνα φασὶ κατὰ παντὸς σώματος ὀφθαλμοὺς ἔχοντα καὶ φυλάττοντα τὴν Ἰὼ προςτάξει τοῦ Διός, ὃν ἀνεῖλεν Ἑρμῆς κελεύσει Διός· ὅτι δὲ κτλ. Ipsa poetae verba autem misere in Tzetzae libro depravata nuper pleniora invenit F. Duebnerus in Tzetzae Scholl. Chiliadd. I, 144., cfr. Museum Rhenan. 1835, I. p. 22.
Τὸ δὲ Κανδαύλης Λυδικῶς τὸν σκυλλοπνίκτην λέγει,
ὥσπερ Ἱππῶναξ δείκνυσι γράφων ἰάμβῳ πρώτῳ·
Ἑρμῆ κυνάγχα, Μῃονιστὶ Κανδαῦλα,
Φωρῶν ἑταῖρε, δηῦτέ μοι σκαπαρδεῦσαι.

In codice est δεῦρό τί μοι, quod probabiliter emendavit Duebnerus. Voci σκαπαρδεῦσαι suprascripta est explicationis gratia συμμαχῆσαι. Contra Hesychius a Welckero allatus σκαπερδεῦσαι· λοιδορῆσαι; et σκάπαρδος· ὁ ταραχώδης καὶ ἀνάγωγος. Hesychii explicationi praeterquam quod Tzetza suam interpretationem ipse procudisse videtur, maior accedit fides ex re ipsa. Nobis enim certum est, Bupalo haec assignanda esse, quem acerbissime proscidit poeta dicacissimus, coniungendaque cum iis quae Tzetza in Lycophr. 219. servavit (fr. I. Welcker.) Μαίας καὶ Διὸς Ἑρμῆς, ὡς Ὀρφεύς φησιν — καὶ ὁ Ἱππῶναξ ἐν τῷ κατὰ Βουπάλου πρώτῳ ἰάμβῳ·
Ἐβόησε Μαίας παῖδα, Κυλλήνης πάλμυν.

Ubi ἔβωσε more Ionum restituendum est: Μαίας autem scripsit poeta ut in nomine proprio, pariter ac Ῥείας Homerus, de quo supra dictum est. Haec igitur ita copulanda sunt:
Ἔβωσε Μαίας παῖδα, Κυλλήνης πάλμυν·
Ἑρμῆ κυνάγχα, Μῃονιστὶ Κανδαῦλα,
Φωρῶν ἑταῖρε, δηῦτέ μοι σκαπαρδεῦσαι.

Candaules autem, in cuius vocis priore parte inest radix eadem quae est v. *κύων* et Indorum Swan, per reliquas linguas late propagata, Hercules quoque vocari solitus est. Testis Hesychius: *Κανδαύλας· Ἑρμῆς ἢ Ἡρακλῆς.* Caussam in eo quaerendam existimem, quod Cerberum Hercules domuit.

Caput VIII.

Addam quaedam **Epicharmea** nuper collectionem Krusemanianam lustranti cum eaque quae ipse mihi collegissem comparanti subnata. Is fr. inc. VII. notissimum ita edidit cum Grotio:

Ἁ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει· δός τι, καί τι λάμβανε.

Quod et per se languidum est et praeter fidem librorum invectum, in quibus ultima ita exstant: *δός τι καὶ λάβε* (vel *λάβοις*) *τι.* Ritschelius in Schedd. Critt. p. 24. *δός τι κἄν τι λαμβάνοις* conatus est audacius. Verum minore periculo constabit: nam ita poetam locutum puto:

Ἁ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει· δός τι καί τι δοὺς λάβε.

Nisi fuit *κᾆτα δούς.* Notissima autem est haec participii post verbum repetitio et hoc loco maxime apposita.

Welckerus in censura illius editionis apud Zimmermann. 1835, nr. 141. p. 1130. supplevit quidem et alia complura et locum Herodiani *περὶ μον. λέξ.* p. 12, 7., sed Epicharmo dedit quod non est Epicharmi. Verba Grammatici sunt haec: *Τρέλλων· παρὰ Σώφρονι τὸ ὄνομα. Θάλλων· ὄνομα κύριον κυνὸς παρὰ Ξενοφῶντι. Σίλλων· Ἐπίχαρμος Χορευταῖς. Κάλλων· ὁ ἀθλητὴς καθ' ὑποκορισμόν.* *Σίλλων* igitur Epicharmi fragmentis addendum erat, non *κάλλων.* Dixit ita *cavillatorem.* Quid, si cavillaturus **Sillacem** Rheginum, cuius ipsum fecisse mentionem testis est Athen. V, p. 210, B. (fr. LXXII.)?

Emendatione eget versiculus ex fabula quae inscripta erat *Ἡρακλῆς παρὰ Φόλῳ* allatus ab Eustratio in Aristot. Eth. Nic. III, 5, 5. p. 94. Zell., qui locus editori Batavo Busiridis fragmentum III. est, Herculis *παραφόρου* nomine finem illius fabulae indicatum rato post Grysarum de Com. Dorr. p. 279. Verissime autem quod legebatur apud Eustratium *Παραφόλῳ* emendavit Ioach. Camerarius. Versus hi sunt:

Ἀλλὰ μὰν ἐγὼ 'ναγκαῖος ταῦτα πάντα ποιέω·
οἶμαι δ' ὡς οὐδεὶς ἑκὼν πόνηρος αὐδ' ἄταν ἔχων.

Sed librorum scriptura est: οἴομαι δὲ ὡς οὐδεὶς κτλ. Eiecto igitur quod glossema olet ita labanti mensurae succurre:

Ἀλλὰ μὰν ἐγὼ 'ναγκαῖος ταῦτα πάντα ποιέω·
οἴομαι δ', οὐδεὶς ἑκὼν πόνηρος οὐδ' ἄταν
ἔχων.

Illud vero notatu dignum, Epicharmum vocis ἀναγκαῖος syllabam alteram corripuisse, ut erat libertas comoediae concessa. Eiusdem fabulae nomen, nisi fallor, revocandum erat in Bekkeri Anecdd. p. 83, 28. Ἀφάνηας· Ἐπίχαρμος Ἡρακλείτῳ. De Heraclito fabula Epicharmea commentatus est Grysar. de Doriens. Comoed. p. 119. neque editori Batavo de sinceritate miri tituli dubitatio incidisse videtur. Nimirum qui Lexicon decurtavit supinus contraxit quae accuratiora erant perscripta in exemplari fere ita: Ἐπίχαρμος ἐν Ἡρακλεῖ τῷ παρὰ Φόλῳ.

Quanquam et alterum Herculem scripsisse Epicharmum docet Scholium Venetum in Aristoph. Pac. p. 639, 14. Dindorf. ab editoribus praetermissum: Μεγάλοι λέγονται εἶναι κατὰ τὴν Αἴτνην κάνθαροι· μαρτυροῦσιν δὲ οἱ ἐπιχώριοι· Ἐπίχαρμος ἐν Ἡρακλεῖ τῷ ἐπὶ τὸν ζωστῆρα πυγμαρῖνι λοχαγὸς ἐκ τῶν κανθάρων τῶν μειζόνων· οὕς φασι τὴν Αἴτνην ἔχειν.

Codex 475. σπυγμαρίωνι λοχαγωλὸς exhibet. Erat quum in illo πυγμαρῖνι vel σπυγμαρίωνι alterum eiusdem fabulae titulum latere suspicarer. Quem ego errorem valere iussi. Nam titulus ille Ἡρακλῆς ἐπὶ τὸν ζωστῆρα, h. e. *Hercules zonam Amazonis Hippolytae petiturus*, tam est apertus, vix ut caussa possit exputari, cur alterum addidisset poeta. Aliter se res habet in aliis comoediis; veluti Ἅφαιστος ἢ Κωμασταί, Ἐλπὶς ἢ Πλοῦτος altera inscriptione addita certioribus finibus circumscribuntur. Aliam igitur viam ingressus sum eamque vel ad verum ducturam vel ad id quod vero proximum est. Orationis Epicharmeae tenori addendum obscurum vocabulum. Herculis autem personam qualem in scenam produxerit poeta festivissimus, et κανθάρων mentio videtur admonere et comparatio fabularum Herculearum quales novimus inter Siculos Italosque populos celebratas fuisse. Fingebant autem faceti homines Herculem, heroum ἡρωϊκώτατον vel inter Pygmaeos stratum et ab his oppugnatum, v. elegantissimam tabulae pictae descriptionem apud Philostrat. Imag. II, 22., vel — extrema se tangunt, ut aiunt — mutatis partibus ipsum Herculem Pygmaeum fingunt et illorum instar cum gruibus bellantem: vide vasa picta apud Tischbein. II, 18. et 7. Millin. I, 63. 72. cll. Mueller. Dorr. II, p. 356. Archaeolog. p. 564. ed. prior., qui eius-

modi ludicra ex domesticis fabulis fluxisse scite observavit. Eiusmodi Herculem videtur Sophro Syracusanus significasse: Hesychius s. v. Ἡρύκαλον· τὸν Ἡρακλέα Σώφρων ὑποκοριστικῶς. Sed is non tam Ἥρυκλος, quod placuit Valckenaerio, scribendus fuit, quam Ἥρυλλος, uti est apud Herodianum Et. M. p. 142, 57. cll. 437, 25. Uti ex v. Ἀντικλῆς Ἄντυλλος, Βαθυκλῆς Βάθυλλος factum est ὑποκοριστικῶς.

Epicharmus igitur, si recte auguramur, Herculem Pygmaeorum ducem introduxit, qui Pygmaeorum catervas κανθάροις insidentes contra Amazones duceret. Haec sententia nostra si vera fuerit, verba poetae haec fuisse apertum erit:

Πυγμαίων λοχαγωγὸς ἐπὶ τῶν κανθάρων
τῶν μειζόνων.

Πυγμαίων mediam syllabam corripit, ut Ληθαίου apud Anacreontem, alia apud alios poetas, veluti apud Sophoclem Daedalo in iisdem nostris Scholiis:

Ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ κάνθαρος τῶν Αἰτναίων
πάντων.

Sed ἐκ fortasse iniuria mutamus: fieri enim possit, ut poeta dixerit: *Pygmaeorum dux ex cantharis Aetnaeis iumenta comparavit* vel similem in modum. Denique, ne quis arripiat id quod et nobis in mentem venit, si quis fuerit, qui dramatis titulum fuisse censeat: Ἡρακλῆς ὁ ἐπὶ τὸν ζωστῆρα Πυγμαῖος, verbaque poetae haec fuisse:

Λοχαγωγὸς ἐκ τῶν κανθάρων τῶν μειζόνων,

is nos sibi habebit non assentientes. Haec hactenus: iudicent qui possunt.

Paullo post idem Scholiasta Venetus citat Platonis Comici versus ἐν Ἑορταῖς, qui sic restituendi sunt:

Ὡς μέγα μέντοι πάλι τὴν Αἴτνην ὄρος εἶναί φασι
τεκμαίρου,
Οὗ κἀντρέφεσθαι τὰς κανθαρίδας τῶν ἀνθρώπων
λόγος ἐστὶν
Οὐδὲν ἐλάττους.

Priore versu πάλαι editur, altero ὅθεν τρέφεσθαι; quod non video qua medela leniore corrigi possit quam fecimus: nisi quod fortasse ᾧ κἀντρ. scribendum erat. Ceterum τρέφεσθαι anapaestum efficere nobis non mirum est; multa similia sibi indulserunt poetae comici. —

Ad Ἐλπίδα comoediam spectat Schol. Vict. Il. P, 577. Τὸ ὄνομα τοῦ παρασίτου εἴρηται ἐν Ἐλπίδι παρ' Ἐπιχάρμῳ. Cfr. Athen. VI, p. 235, E. (Kruseman. fr. I.)

Sirenum fabulae addatur versus heroicus, quem vel

Ulixem vel Argonautarum aliquem Sirenum insulam praetervehentium proloqui statuas, in Scholl. BV Il. Τ, 1. Ῥοάων· Βοιώτιος ἡ φωνή· ποιοῦσι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν εἰς ες ἀρσενικῶν·

Ἄρτεμι, Κρητάων πότνια τοξοφόρων. —

Λαοὶ τοξοχίτωνες, ἀκούετε Σειρηνάων,

Ἐπίχαρμος.

Apud Bekkerum λαοὶ τοξοχίτωνος erat. Τοξοχίτωνες ad Homericum χαλκοχίτωνες satis audacter novatum *arcubus armatos* videtur significare. En, pulchre hinc confirmatur, quod in Ibyc. fr. XL. instituimus docere, Graecis Siculis interdum genitivum plur. tertiae declinationis in ᾶν terminatum esse. De quo dubitatum est: nunc Epicharmi exemplum quam vere illa disputata fuerint fidem facit. Nam quum semel in άων aberratum esset, ᾶν inde effingi consentaneum erat. Prius illud fr. videtur Callimachi esse: qui quidem bis Hymn. Del. 66. 275. νησάων ausus sit: hinc quod in Scholiis nostris subiungitur: καὶ ἀπὸ τῶν εἰς ος·

Καλοὶ νησάων ἀστέρες

eidem assignaverim insigni reconditorum verborum formarumque captatori. Sed utramque coniecturam video praeripuisse Naekium Mus. Rhen. 1834, IV. p. 543. Idem Callimachus in Scholl. Q. Odyss. Ξ, 199. Κολωνάων dicit: Ἐκ μὲν Κολωνάων τις ὁμέστιον ἤγαγε δήμου τῶν ἑτέρων. Quae quum ita correxisset Buttmannus:

Ἔκ με Κολωνάων τις ὁμέστιον ἤγαγε δήμου
τῶν ἑτάρων,

ad Hecalen pertinere censuit, quod iure probat Naekius Mus. Rhenan. 1835, IV. p. 540., qui coniectat:

Ἔκ με Κολωνάων τις ὁμέστιον ἤγαγε δαίμων
τῶν ἑτέρων,

cll. Homeri Odyss. VII, 247.

Ἀλλ' ἐμὲ τὸν δύστηνον ἐφέστιον ἤγαγε δαίμων.

Speciose, vix ex rei veritate. Ἑτέρων autem ita accipit, *insolenter sane dictum, ut significet hos alios.* Fateor haec mihi subobscura esse. Certum est, δήμου esse sincerum nec non ἑτέρων: distinguit enim Hecale Colonum ἀγοραῖον ab altero τῶν Ἱππέων. Distinguit autem ideo, ne Theseus ipsam ex Colono ἀγοραίῳ ab aliquo mercede conductam in animum induceret. Cavitque eximie eo, quod δήμου adiecit: nam Colonus ἵππιος demus fuit, alter non fuit, quanquam ex illo nominatus. Hinc apparet, Callimachum dedisse ut est in Scholiis, modo με corrigas, ita:

Ἔκ με Κολωνάων τις ὁμέστιον ἤγαγε δήμου
τῶν ἑτέρων.

Ceterum eundem locum Porsonus ad Suidam v. Κολωνάων in editione Halensi ex Scholiasta inedito protulit, h. e. ex Harleiano, ita conceptum:

"Ἐκ με Κολωνάων τις ὁμέστιος ἤγαγε δήμου
τῶν ἑτάρων,

seque codicis scripturam μὲν et ἑτέρων leviter correxisse ait: hoc certe praeter fas. Ὁμέστιος autem reipsa refellitur: nam, si quid video, Hecale *se ab aliquo ex Colono Ἱππίῳ conductam familiaeque ipsius adscriptam* dicebat. Forsitan ut ταμίη esset. In matrimonium non puto. Sed haec Naekio diiudicanda relinquo. Illud dubitari potest, num recte censeant Callimachum Κολωνάων ab Κολωνοὶ duxisse. Poterat ab eo q. e. Κολωναί.

Sed ut ad Epicharmum redeamus, Scholia ADV Homeri Il. H, 93. Καὶ παροιμία· "Ο τοι θρασὺς πρὸς ἔργον ἐκ πολλοῦ κακός. Ὁ Ἐπίχαρμος· "Ο τοι κακὸς θαῤῥεῖ μάλ' αὐτόθεν, ἔπειτα φεύγει. Eustath. p. 667, 42. Λέγει δέ φασιν καὶ Ἐπίχαρμος· κακὸς, θαῤῥεῖ μάλ' αὐτόθεν, ἔπειτα δὲ φεύγει. Quae fortasse sic sunt numeris vincienda:

ὅ τοι θρασὺς
Θαῤῥεῖ μάλ' αὐτόθ', ἀλλ' ἔπειτα φυγγάνει.

H. e. *Homo confidens bono animo quidem est illico, sed postmodo fugam capessit.* Non longe remota ab hac sententia verba ea fuisse suspicamur, quae sine nomine auctoris prostant in Scholl. Victor. Il. N, 291. Ὁ Λυσίας τὸν Ἰφικράτην ποιεῖ λέγοντα· „Τραύματα ἔχων οὐχ ἑτέρων ἐπ' ἐμὲ ἐρχομένων, ἀλλ' αὐτὸς ἐπιών." Ἀνδρογύνης καὶ ἔτ' ὀλίγα τραύματα ἐξόπισθεν ἔχων τῆς δειλίας σημεῖα καὶ οὐχὶ τοῦ θράσους. Haec verba, quae Epicharmo vindicamus, ita constituebat A. Meinekius Cur. Critt. in Comicor. frr. p. 34.

Τραύματ' ἐξόπισθ' ἔχων,
τῆς δειλίας σημεῖα κοὐχὶ τοῦ θράσους.

Sed in vv. ἔτ' ὀλίγα latere suspicatur μετ' ὀλίγα: verum putarem si eiusdem haec essent scriptoris atque eius qui praecessit Lysiae: nunc vero poetae vindicanda sunt. Denique in v. Ἀνδρογύνης nomen fabulae Epicharmeae quaerendum videtur: Ἀνδρόγυνον ἢ Κρῆτα novimus Menandri. Utrumque fragmentum igitur sic concinnaverim:

"Ο τοι θρασὺς
Θαῤῥεῖ μάλ' αὐτόθ', ἀλλ' ἔπειτα φυγγάνει,
υ — κἄτ' ὀλίγα τραύματ' ἐξόπισθ' ἔχων
τᾶς δειλίας σαμεῖα κοὐχὶ τῶ θράσους.

Dicit poeta, homuncionem confidentem statim quum ad rem ventum sit fugere pauca etiamtum vulnera a tergo habentem signa timiditatis suae et non confidentiae. —

Ad **Scironem** fabulam alterum addas frustulum hoc in Scholl. Venet. Aristoph. Pac. 185., ubi Mercurius interrogat Trygaeum:

Τί σοί ποτ' ἔστ' ὄνομ'; οὐκ ἐρεῖς;

Τρυγαῖος.

μιαρώτατος.

Ἑρμῆς.

ποδαπὸς τὸ γένος δ' εἶ; φράζε μοι.

Τρυγαῖος.

μιαρώτατος.

Ἑρμῆς.

πατὴρ δέ σοι τίς ἐστιν;

Τρυγαῖος.

ἐμοί; μιαρώτατος.

Scholia igitur: Τοῦτο μάλιστα μὲν πρὸς τὸ ὑπὸ τοῦ Ἑρμοῦ εἰρημένον·

Ὦ μιαρὲ καὶ παμμιαρὲ καὶ μιαρώτατε δοκεῖ ἐξ ἐκείνων λελέχθαι, τὸ δὲ ἀληθὲς τὴν ἀφορμὴν ἐκ τοῦ Σκείρωνος παρ' Ἐπιχάρμου ἔχει, ἐπεὶ κἀκεῖνος πεποίηκε τὸν φορμὸν ἐρωτηθέντα „τίς ἐστι μήτηρ" ἀποκρινόμενον ὅτι σηκίς, καὶ „τίς ἐστὶ πατὴρ" εἰπόντα σηκίς, καὶ „τίς ἀδελφός" ὁμοίως σηκίς. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἔδοξε πρὸς τὸ ἐρωτώμενον καὶ τὸ ἑξῆς ἀποκρίνεσθαι· ἔστι γάρ τις τοῖς φορμοῖς συγγένεια πρὸς τὰς σηκίδας. ἐνταῦθα δὲ οὐκέτι κατὰ τὸ συγγενὲς οὗτος ἀπεκρίθη. Nimirum unius ancillae in φορμὸν omne est ius atque imperium: haec semper gestat et tractat, ut lepide et mater et pater et frater vocari potuerit. Ceterum verba poetae haec fuerint:

A. Τίς δ' ἐστὶ μάτηρ; Φ. σακίς. A. Ἀλλὰ τίς πατήρ; Φ. Σακίς. A. τίς ἀδελφός; Φ. Σακίς.

Hariolari licet, Phormidem sive Phormum poetam aequalem oblique tetigisse Epicharmum.

Denique locus concedatur inter Epicharmea Epigrammati ad ipsum referri solito, ex Scholiis BV Homeri Il. X, 414. Ἔστι δὲ καὶ Ἐπίγραμμα, ὃ εἰς Ἐπίχαρμον ἀναφέρεται·

Εἰμὶ νεκρός, νεκρὸς δὲ κόπρος, γῆ δ' ἡ κόπρος ἐστίν·
Εἰ δέ τε γῆ νεκρός ἐστ', οὐ νεκρὸς, ἀλλὰ θεός.

Alterum versum ex Scholiis Leidensibus correxit Bekkerus: reliqui ἡ δὲ γῆ νεκρὸς; idem tamen ex ingenio emendavit Heynius, qui haec subiicit: „Postrema non satis percipio. Videtur pentameter ab alio adiectus esse priori versui: *si autem corpus terra est*: videtur sequi debuisse: *animus non corpus est*, *sed deus*: εἰ δέ τε γῆ νεκρός, οὐ νοῦς νεκρός, ἀλλὰ θεός." Sanissima vero vulgata scriptura. Hoc dicit auctor Epigrammatis: *Mortuus*

sum, mortuus autem stercus est, stercus autem terra: si igitur terra est mortuus, non mortuus sed Deus sum. Scilicet facetus homo nescio quis Epicharmeam de Terra Dea opinionem derisurus composuit illud in vivum Epicharmum, ut opinor, Epigramma sepulcrale ludicrum. Ut Simonides in Timocreontem. Quidam tamen ad Epicharmum ipsum referebant a vero aberrantes. Doctrinam illam Epicharmi similiter perstrinxit Menander apud Stobaeum Floril. XCI, 29. hisce:

Ὁ μὲν Ἐπίχαρμος τοὺς θεοὺς εἶναι λέγει
ἀνέμους, ὕδωρ, γῆν, ἥλιον, πῦρ, ἀστέρας·
ἐγὼ δ' ὑπέλαβον χρησίμους εἶναι θεοὺς
τἀργύριον ἡμῖν καὶ τὸ χρυσίον μόνους.

Compares alia apud Grysar. de Comoedia Dorr. p. 124 sqq. Quae Grysar. de Epigrammatis nostri vi disputat p. 213., eorum nihil est vere dictum.

Caput IX.

Quantivis pretii est locus veteris scriptoris, quem ex codice Angelico F. 6, 17. Walzius produxit partim ad Theonem I, p. 172., integrum autem ad Anonymi Scholia in Aphthon. II, p. 10 sq. Legitur is in praefatione proverbiis quibusdam praemissa. Repetam integrum, ne diutius lateat: Ἔστι δὲ ἡ παροιμία τρόπος καὶ τῆς καλουμένης ἀλληγορίας· παράκειται δὲ αὐτῇ λόγος (insere ἢ) αἶνος Αἰσώπειος, Καρικὸς αἶνος, Συβαριτικὸς λόγος (Συβαρικὸς codex), Κύπριος, Λιβυκὸς αἶνος καὶ Αἰσωπικὴ παροιμία· μάρσιπος. Αἶνος μὲν οὖν ἐστι κατ' ἀνάπλασιν μυθικὴν ἀναφερόμενος ἀπὸ ἀλόγων ζώων ἢ φυτῶν ἐπὶ ἀνθρώπων παραίνεσιν, καὶ ἀπὸ ζώων μέν, ὡς παρ' Ἀρχιλόχῳ· (fr. XXXVIII. Gaisf.)

Αἶνός τις ἀνθρώπων ὅδε,
ὡς ἄρ' ἀλώπηξ καἰετὸς
ξυνωνίην ἔμιξαν.

Ἀπὸ δὲ φυτῶν·

Ἄκουε δὴ τὸν αἶνον, ἔγκοτε Τμώλῳ
Δάφνην ἐλαίη νεῖκος οἱ παλαιοὶ
Λυδοὶ λέγουσι θέσθαι.

Hactenus fere conspirat hic scriptor cum iis quae Ammonius docet p. 6. Valcken., cuius tamen oratio aliquoties ex hoc emendari poterit. Veluti κατ' ἀναπόλησιν ibi legitur: vere noster. Addit autem rursus Ammonius post verba: Αἶνος μὲν οὖν κτλ. haec: ὥς φησι Λούκιος vel Λούκιλλος Ταῤῥαῖος ἐν τῷ πρώτῳ παροιμιῶν. Similiter

noster auctor suam doctrinam ex alius scriptoris copiis se hausisse professus erat: latet, nisi fallor, nomen ipsius in corrupta voce illa μάρσιπος. Neque tamen Ταῤῥαῖος periclitor: forsitan Μάρπησσος nescio quis de paroemiis scripserat. In Archilochi nobilissimis versibus ἄῤ legebatur: id iam alii correxerunt; ἄρα h. l. tanquam καινότερον usurpatum attestatur Apollonius de Adverb. p. 490, 14. Bekker. Tum codex καὶ ἀετός: tertio versu eximie sistit ἔμιξαν, quod est etiam in Scholiis Odyss. Ξ, 508. et apud Eustathium qui diserte addit: ἔμιξαν, ἢ καθ' ἑτέραν γραφὴν ἔθεντο. Quod ut ab interprete profectum dudum reiectum esse debebat: nimirum ex Callimachi fragmento quod sequitur, ubi est νεῖκος θέσθαι, idem illuc transmigravit.

Alter locus ex Ammonio inter Callimachi Frr. relatus est nr. XCIII., ubi recte sic scriptus est:

Ἄκουε δὴ τὸν αἶνον· ἔν κοτε Τμώλῳ
Δάφνην ἐλαίῃ νεῖκος οἱ πάλαι Λυδοὶ
Λέγουσι θέσθαι.

Iure autem Bentleius eodem rettulit versum ex Grammatico Oxoniensi qui est περὶ τρόπων ποιητικῶν, excerptum: Παρὰ δὲ Καλλιμάχῳ ἀστεϊζομένη ἡ ἐλαία φησιν· Ἐγὼ φαύλη πάντων τῶν δένδρων εἰμί. Quae rectius quam Bentleius sic restituit Toupius in Suid. II, p. 458.

Ἐγὼ δὲ πάντων εἰμὶ φαύλη τῶν δένδρων.

Fortasse fabula Callimachea non multum diversa fuit ab ea, quae inter Aphthonianas servata apud Furiam σιβ' est haec: Ἐλαία κατεγέλα συκῆς, ὡς αὐτὴ μὲν ἀνθοῦσα πρὸς ἅπασαν ὥραν, συκῆς δὲ τὸ ἄνθος συμμεταβαλλούσης ταῖς ὥραις· αἷς καταῤῥυεῖσα χιὼν τὴν μὲν ἐλαίαν κομῶσαν εὑροῦσα τοῖς θαλοῖς ἐνιζάνουσα σὺν τῷ κάλλει καθάπαξ ταύτην διέφθειρεν. τὴν δὲ φύλλων εὑροῦσα γυμνὴν οὐδὲν ἠδίκει πρὸς γῆν ὑποῤῥέουσα. Illa igitur Ἐγὼ δὲ πάντων κτλ. suspicor locutam olivam nive coopertam. En Lydiae fabulae speciem, quarum fabularum notitiam uni praeterea debemus Scholiastae Anonymo in Aphthon. II, p. 8. Walz. Λυδίους καὶ Φρυγίους καὶ Λιβυκοὺς τοὺς ἐκ μόνων ἀλόγων ζώων ἐκάλεσαν. Non recte igitur Grauertus de Fabulis Aesopicis p. 72. Lydias easdem statuit esse quas Aesopicas, quod Aesopus interdum Sardianus sive Lydus sit nuncupatus. Idem fabulam Callimacheam non multum abhorruisse statuit ab ea, quae est apud Coraëm nr. 143. p. 84. Inscripta est Κάλαμος καὶ Ἐλαία: Oliva enim quae se nullis ventis concuti iactaverat oborta tempestate frangitur. Similior tamen ea quam nos attulimus, quum res inter duas arbores ageretur apud Callimachum: cum illa compares nr. υκά Furiae.

Pergit scriptor ille: Εἰκὸς (f. εἶδος) δὲ καταχρηστικώτερον παρ' Ὁμήρῳ αἶνος, ὁ μηδ' ἑτέρου τούτων μετέχων, ὅτε ἐνδεικνυμένου Ὀδυσσέως χλαίνης ὡς χρήζει, ὅ Εὔμαιός φησι· (Odyss. Ξ, 508.)

Ὦ γέρον, αἶνος μέν τοι ἀμύμων, ὃν κατέλεξας.

Οἱ δ' ἄλλοι τῶν κατειλεγμένων ὀνόματι μὲν διαφέρειν (scr. διάφοροι), δυνάμει δ' εἰσὶν ἐμφερεῖς. Αἰσώπειος μὲν γὰρ λέγεται ὁ ἀπὸ ἀνδρὸς Αἰσώπου πλεονάσαντος ἐν τῷ τοιούτῳ εἴδει τοῦ μύθου, οὐχ εὑρόντος, ὡς ἐν ποιητικῇ μέτρον Ἀρχεβούλειον ἢ καὶ Ἀριστοφάνειον, ἃ λέγεται οὐχ εὑρημένα ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν, ἀλλὰ παρὰ τούτοις κατακορέστερον ἐν τῇ ποιήσει τεταγμένα.

Quae post haec adduntur plane nova et ea praestantissima reiecimus inter Simonidea capite X. tractata. Quod autem scriptor fabulas illas appellatione duntaxat ab Aesopiis differre pronunciat, nolis credere. Aesopius mythus genus est, hae species. Differunt praeterea in eo, quod hae ad historiolarum formam comparatae sunt et apophthegmatum adeo colorem imbiberunt, ut unum fere exemplum eorum exstet vel pauca quaedam ad primarium exemplum assimilata. Veluti Sybariticae fabulae etiam Συβάρεια ἀποφθέγματα audiunt, v. Grauertum p. 72 sq. et Grysar. de Com. Dorr. p. 217. Quod autem eiusmodi fabellae fere ex barbaris gentibus nomen traxerunt, eius rei caussam non eo quaesiverim, quod Graecis ex Oriente potissimum fabularum et amor et materies succreverit, quae est sententia Grauerti p. 93. et Hermanni Ulrici Hist. poes. lyr. p. 461., sed quod Graeci in longinquas terras removendo mirabilia facilius credi persuasum habebant. Remotissima enim quaeque illustrissima. Cum Cypriis, Libycis, Lydiis, Aegyptiis non confundendae Sybariticae, quae diversae indolis sunt.

Pergit scriptor: Ὁ Συβαριτικὸς δὲ λέγεται εἶναι τοιοῦτος, ὁποῖον Ἀριστοφάνης ἐν Σφηξίν (1427 sqq.) ὡς ἀνδρὶ Συβαρίτῃ ἀπόρῳ (l. ἀπείρῳ, apud Aristoph. est: οὐ τρίβων ὢν ἱππικῆς) ἱππικῆς ἐφ' ἅρμα ἀναβάντι συνέβη κατενεχθέντι συντριβῆναι· φίλον (sequitur lacuna in codice male tractato, ut ait Walzius: tu sic fere explebis: δὲ ἐπιστάντα εἰπεῖν αὐτῷ·

Ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.)

Sequitur originatio Cypriarum fabularum neque aliunde nota et in codice ex parte tantum servata: — ὑπὸ τῆς Ἀφροδίτης· μετὰ τὴν τελευτὴν οἱ Κύπριοι ζώσας ἐνίεσαν περιστεράς· αἱ δ' ἀποπτᾶσαι καὶ διαφυγοῦσαι αὖθις ἀδοκήτως εἰς ἄλλην ἐμπεσοῦσαι πυρὰν διεφθάρησαν. Hinc videtur demonstratum esse, quod est in proverbio:

Incidit in Scyllam, qui vult vitare Charybdin.
Narrationem coniicimus ita fere institutam fuisse, ut rogo puellae amore confectae vel ab Venere interfectae columbas immisisse Cyprii dicerentur: quam avem constat Veneri sacram fuisse. Erant tamen etiam aliae fabellae Cypriae, si quidem fides Theoni I, p. 172. Αἴσωπος εἶπεν, ἢ Λίβυς ἀνὴρ ἢ Συβαρίτης, ἢ Κυπρία γυνή. Ut Cypriae mulieris apophthegma nescio quod celebratum fuisse suspiceris. Sed Φοινικικὰ ψεύδη nullo iure huc admiscuit Grauertus p. 72.

Denique haec addit scriptor: Λιβυκὸς δὲ αἶνος ἀπὸ τοῦ ἔθνους εἰρῆσθαι λέγεται, ἀπὸ Λίβυός τινος — οἱ δὲ Κύβισσαν εὑρετὴν γενέσθαι τοῦ εἴδους τούτου — ὡς Αἰσχύλος διασαφεῖ·

Ὧδ' ἐστὶ μύθων τῶν Λιβυκῶν τὸ κλέος.
Pleniorem locum Aeschyli servavit Scholiasta Aristoph. Avv. 808., cfr. Hermann. Opuscc. V., p. 148. ubi recte est ὡς δ', sed in fine λόγος quod editur cedat veriori scripturae nunc prolatae κλέος. Ita igitur dixit poeta:

Ὡς δ' ἐστὶ μύθων τῶν Λιβυστικῶν κλέος.
De reliquis quae addit scriptor, inde a. v. Κύβισσαν v. Grauert. l. c.

Caput X.

Simonides Ceus.

Annus est ex quo Simonidis Cei carmina a nobis edita sunt. Censuram quidem eius libri nondum vidimus; sed duo viri post nos Simonidi operam suam praestiterunt; alter Elegiarum fragmenta excudenda curavit, de quo dictum est alio loco quantum satis est: alter nuper Epigrammata et quaedam frustula lyrica nostro sermone reddidit praemissa vita poetae. Non reperimus nec in hoc opusculo quod a nobis vel derelictum suppleri velimus vel male administratum corrigi. Nam quae in Vita poetae posita sunt ab interprete Germano, nostra agnoscimus pleraque omnia: quaedam aperte falsa sunt. Auctor quidem ipse absoluta iam maxima parte operis sui nostram editionem in manus sibi venisse affirmat. Difficile est non credere, nam vir probus est, sed credere difficilius. Hoc tamen vel non affirmanti credimus, in transferendis frr. poetae nostrum exemplar nondum cognitum ipsi fuisse: nam nihil suspicatus Simonidi Ceo tribuit quae non sunt

ipsius, nec quidquam distinguit inter iambographum et lyricum poetam.

Privatim autem complures viri docti sententias suas de rebus Simonideis nobiscum communicaverunt. Inter quos Bergkio meo plurimum debebit poeta. Sed is quum sua se publice exprompturum pollicitus sit: nos quae ipsi post edita ante hos sex menses Exercitatt. Critt. Capita quinque priora observavimus constituimus edere. Quorum pleraque ex iis sunt libris, quibus vel omnino tunc uti non licebat vel quibus amicorum opera.

I. Schol. Victor. Il. Ω, 228. Ἀρίσταρχος δέ φησι τὴν κιβωτὸν νεωτέρων εἶναι· ἀγνοεῖ δὲ ὅτι καὶ Σιμωνίδης καὶ Ἑλλάνικος μέμνηται αὐτῆς. Nempe intelligit homo dictum illud Simonideum, de quo exposuimus Prolegg. p. XXV., τὴν τῶν ἀργυρίων κιβωτὸν εὑρίσκειν ἀεὶ πλήρη. Praeterea idem apophthegma cum quattuor aliis in Violetum suum recepit Arsenius p. 483 sq., quae aliunde nota suis locis commemoravimus. Altero loco quod positum est usurpat Apollonius Tyan. Epist. LXXXI. Σιμωνίδης ἔλεγε μηδέποτε αὐτῷ μεταμελῆσαι σιγήσαντι, φθεγξαμένῳ δὲ πολλάκις, de quo cfr. ad fr. CVII. disputata. Ad tertium (v. Prolegg. p. XXII.) adde Notarae et Gennad. Epist. in Boissonadii Anecdd. Grr. V, p. 130. Τὰ λοιπὰ σοφιστῶν εἰσι καὶ γραμματικῶν τῶν περὶ τὰς τῶν δυνατῶν στρεφομένων ὥς τις εἴρηκε πύλας.

II. Quae Prolegg. p. XL sq. de *dulcedine* carminum Simonideorum explanavimus confirmat praeter testes alios Ioannes Siceliota VI, p. 399. Walz. Ποιητική, ἡ Ἰὰς καὶ ἡδεῖα, ὡς τῶν ἄλλων οὐδεμία· διὸ καὶ τὰ Ἰωνικὰ ποιήματα ἐξαίρουσι ταῖς ἡδοναῖς, ὥσπερ τὰ Σιμωνίδου καὶ Μενελάου καί τινα τῶν Ὁμήρου Στησιχόρου τε καὶ ἄλλων πολλῶν.

Ioannes celebratissimam de dulcedine Cea famam falso interpretatus est, quasi Ionica dialecto scripsisset poeta. Nam ad Elegias eum solas respexisse eo non credibile est, quod de Stesichoro idem praedicat, qui non nisi Dorico sermone scripsit. Quare Μενέλαον illum — nam vix reperietur qui de Menelao Aegaeo Thebaidis auctore cogitari posse opinetur — ita expungere licebit, ut Ἀλκαῖον revocemus.

III. Accedimus ad locum, quo primum conspecto gaudio fatemur nos exsultasse. Eum dicimus, quem Walzius ex codice Angelico protulit II, p. 10 sq. Eruditissimus Grammaticus de Carico αἴνῳ haec tradidit: Καρικὸς αἶνος λέγεται, ὃν ἀναφέρουσιν εἰς γένει Κᾶρα ἄνδρα· τοῦτον γὰρ ἁλιέα τυγχάνοντα χειμῶνος θεασάμενον

πολύποδα εἰπεῖν· Εἰ μὲν ἄποδυς κολυμβήσαιμι ἐπ' αὐτόν, ῥιγώσω· ἐὰν δὲ μὴ λάβω τὸν πολύποδα, τῷ λιμῷ τὰ παιδί' ἀπολῶ. Κέχρηται δὲ τῷ λόγῳ τούτῳ καὶ Τιμοκρέων ἐν μέλεσι, καὶ Σιμωνίδης αὐτοῦ μνημονεύει ἐν τῷ εἰς Ὄριλλαν (*sic codex*) ἐπινικίῳ.

Neutrius poëtae memoria aliunde constabat. Mirum autem esset, si Timocreon et Simonides casu iuncti essent et uterque nulla alterius poetae ratione habita Carici illius αἴνου vel mentionem fecisset vel narrationem carminibus intexuisset. Constat enim quanto odio alter in alterum saevierit, qua de caussa vide Prolegg. p. XVIII. Sed id obscurum manet, quem in finem eo αἴνῳ usi fuerint. Simonidis ἐπινίκιος εἰς Ὄριλλαν igitur novus est: sed nomen ipsum victoris — nisi quis mulierculam in certamen descendisse crediderit — vitiose scriptum est. Poterat tamen, ut opinor, Ὀρίλλας homo Doriensis appellatus esse. Carici αἴνου tenuis antehac et varie accepta exstitit memoria apud Suidam s. v. Καρικὴ Μοῦσα· Καὶ παροιμία· Καρικὸς αἶνος. Vide Grauertum de Fabb. Aesop. p. 72. Alterum nunc addimus testimonium eiusdem Walzii beneficio ex tenebris erutum. Namque ita scribit Macarius Chrysoc. apud Walzium in Arsen. Viol. p. 318. Κάριος αἶνος· ἐπὶ τῶν ἀπορούντων τι διαπράξασθαι· ἁλιέα γάρ φασι τροφῆς ἀποροῦντα χειμῶνος εἰπεῖν· Κολυμβήσω, ἀλλὰ ῥιγήσω· μὴ κολυμβήσω, ἀλλὰ πεινάσω. Ex verbis: ἐπὶ τῶν ἀπορούντων τι διαπράξασθαι divinare licet, quid voluerit Timocreon, quid reposuerit Simonides.

IV. Ex *Epinicio* ea quoque fluxisse arbitror, quae reperiuntur in Scholl. Venetis Aristoph. Pac. p. 641, 29. Dindorf. Τὸ μεταμώνιος οἱ μὲν ἐξεδέξαντο ματαίως καὶ πρὸς οὐδὲν χρήσιμον, οἱ δὲ φασιν ἰδίως μεταμώνιον τὸν ἑτέρωθεν μετέωρον σημαίνειν, πιστούμενοι τοῦτο παρὰ Σιμωνίδου οὕτω εἰπόντος·

Κονία δὲ παρὰ τροχὸν μεταμώνιος ἀέρθη·

. . . . . . ∪∪ — ∪∪ — ∪ — . . .

∪∪ — ∪∪ — — . . . .

Editur ἠέρθη. De vocis μεταμώνιος primaria vi et potestate aliunde, quod sciam, non constat. Describebat poeta, opinor, certamen curule. Multum fuisse Simonidem in describendis rebus gestis et vivida imagine adumbrando quasi sub oculos subiiciendis admonuimus nuper. Credimus eum multo magis haesisse in epiniciis in depingenda ratione partae victoriae aliarumque rerum ad

victoriam spectantium, quam Pindarum: ille externam rerum speciem captabat, Pindarus minus curabat.

V. Ad frr. carminum lyricorum incerti generis addenda haec gnome apud Theodorum Metochit. p. 90. med.

Μόνος ἅλιος ἐν οὐρανῷ·

φησὶ Σιμωνίδης· υυ – υυυ – υ —

Legebatur οὐρανοῖς, quod non dubitavimus expellere ex poeta Graeco: scriptores Ecclesiastici, qui ad Hebraeorum consuetudinem suam conformarunt orationem, sibi habeant. Mirum autem est, editoribus probabile potuisse videri quod praeoptaverunt sancti scribae codd. Aug. et Monac. ἅγιος. Poeta dicebat: *Unus est sol in caelo*, h. e. ad Solis praestantiam nullum sidus accedit. Veluti fere Pindarus Olymp. I. similiter imagine Solis usus est. Abundabat poeta Ceus eiusmodi concisis et argutis sententiis.

VI. Scholl. Victor. Il. I, 586. Κεδνότατοι· ὅτι σωφρονέστατοι· ὁ δὲ Σιμωνίδης κεδνοὺς τοὺς φίλους. Similiter hac appellatione utitur Pindarus suavissime.

VII. Scholl. BLV Il. O, 713. Μελάνδετα· σιδηρόδετα, ἐπεί φησι· (Hesiodus Opp. 151.)

Μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος.

Οἱ δὲ μελαίνας λαβὰς ἔχοντα δεδεμένας· τὴν δὲ λαβὴν δεσμὸν καλεῖ Σιμωνίδης. Addunt Scholl. Minora: Ἡ λαβὴ δεσμός τις τοῦ ξίφους.

VIII. In Eleg. fr. LX, 9. veram scripturam γηράσκειν volebat etiam Grashoffius in Zimmermanni Diar. 1835, nr. 131. p. 1050. Pariter apud Choeroboscum p. 1182. Bekker., de quo loco diximus p. 88., Simmiae Rhodii nomen iam ante nos revocandum vidit Buttmannus Gr. Gr. Addend. et Corr. II, p. 406.

IX. Epigramma CCIII. ex codice Paris. Tzetzae Chiliadum cum ipsius auctoris Scholiis descripsit Frid. Duebnerus in Museo Rhenan. 1835, I. p. 22. Λυρικὸς γὰρ ὢν ποιητὴς οὗτος ὁ Σιμωνίδης ἐκ νεότητος μέχρις ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἐνίκα ἐν τοῖς ἀγῶσιν Ἀθήνησιν, ὡς καὶ τὸ Ἐπίγραμμα δηλοῖ· Ἦρχεν κτλ.

Versu primo Ἦρχεν Ἀδείμαντος μὲν codex confirmat. Altero φυλὴ Ἀντιοχὶς transponit. Quod pluribus de caussis nollem probasset Duebnerus.

X. Ad Epigr. CCXXXI. addice Anonym. in Hermog. VII, p. 949. Walz. Καὶ τὸ τοῦ Σιμωνίδου πρὸς τοὺς ἑταίρους λεγόμενον·

Φημὶ τὶν οὐκ ἐθέλοντα φέρειν τέττιγος ἄεθλον
Τῷ Πανοπηϊάδῃ δώσειν, μέγα δεῖπνον Ἐπειῷ.

Ita Walzius. Monstrose codices: nam Monac. τίνας οὐκ ἐθέλοντας; Paris. 2. τίνες οὐκ ἐθέλοντες; Paris. 1. Ven. τίν' οὐκ ἐθέλοντα. Hinc apertum est, Anonymum dedisse Φημὶ τιν' οὐκ ἐθέλοντα, quod nemo praetulerit Athenaei et Siceliotae scripturae Φημὶ τὸν οὐκ ἐθ. — Altero versu Mon. Par. μετὰ δεῖπνον ἐπ' ἠώ, Venet. Ἐπειῶ: μέγα ex Athenaeo reposuit Walzius.

Caput XI.

Ion Chius. Achaeus Eretriensis. Sappho.

Valde nobis semper visus est admirabilis poeta Ion Chius. Namque is quum ea aetate viveret, quae omnium artium inter Graecos perfectionem vidisset maximorumque in omni genere scriptorum copia floreret: ipse aequales omnes post se reliquit, qui quidem non solum poeta esset laudabilis tragoediarum, carminum melicorum, Elegiarum, — comoedias non scripsit — sed excussis vinculis orationis ad pedestrem sermonem descenderet historiasque et commentarios et philosopha scripta conderet. Magnum hoc profecto in Graecis et versatilis ingenii hominis Chii luculentissimum documentum. Graeci enim quum in scribendo genium suum sequerentur et naturam ducem, in iis constiterunt ad quae se natos et incitatos sentirent. Unde factum est, ut rarissime idem poeta esset qui scriptor, scriptor qui poeta. Non loquimur de temporibus posterioribus, quae in doctrina tradenda occupata terminos inter prosam orationem et vinctam antiquitus constitutos revellerant. Factum id aetate Alexandrinorum maxime; Romanis minus inauditum, satis bonum esse poetam eundemque in oratione soluta excellere. Apud Graecos Ion primus exstitit, qui utrumque non sine laude coniungeret.

Non veremur, ne quis Hecataei Milesii δεύτερον ἡρωελεγείων apud Harpocrat. v. ἀδελφίζειν in auxilium vocet, quo sententiam nostram frangat: de quo quidem loco lubricum est et anceps iudicium. Quae autem poetis quibusdam vel Ione superioribus vel ipsi aequalibus adscribuntur prosa oratione concepta, vel praeter fidem adscribuntur, ut Pindaro καταλογάδην παραινέσεις τοῖς Ἕλλησιν, vel regulas artis ipsorum nude explicuerunt omni detracto ornatu orationis dicendique elegantia, qua Ionem excelluisse vel elegantissimus ille locus apud Ath. XIII, p. 604, E. sqq. docet. In mente habebam Lasi Hermionensis qui fuisse dicitur librum de arte musica

Sophoclisque libellum, quo de chori ratione explicuerat. Manet igitur laus illa Ioni Chio, homini paene in omni genere scribendi versato.

Hoc non observatum est ab eo, qui nuper laudabili diligentia Ionis res enarravit fragmentaque scriptorum eius collegit, Carolo Nieberding. Koepkius autem, qui post Nieberdingium de Ione commentationem edidit, quid praestiterit non novimus. Nisi quod Ionem Aeschyli exemplum secutum statuit in componendis fabularum tragicarum trilogiis. Quod optatum magis est quam demonstratum in Zimmermanni Diar. Antiq. Stud. 1836, VI, p. 589 sqq.

Placet quaedam Ionis tractare. Narrat Athenaeus I, p. 3, F. Ὁ Χῖος Ἴων τραγῳδίαν νικήσας Ἀθήνησιν ἑκάστῳ τῶν Ἀθηναίων ἔδωκε Χῖον κεράμιον. Hinc Nieberdingius p. 5. colligit, Ioni in patria sua vasorum fictilium fabricas fuisse eumque adepta victoria figulina Chia singulis Atheniensibus distribuisse. Poterat ab hac opinione eum absterrere Athenaeus exempla promens eorum, qui multis hominibus vel cibum vel vinum praebuerint. Χῖος κεράμιος est *vas figulinum vino repletum Chio*, planeque ita dixit Horatius III. Carm. 19, 5.

Quo *Chium* pretio *cadum*
Mercemur — taces.

Neque delapsus esset Nieberdingius in illud sententiae, si consulere licuisset Scholia Veneta in Aristoph. Pac. 835., quae diserte testantur haec: Φασὶ δὲ αὐτὸν ἐν τῇ Ἀττικῇ νικῆσαι καὶ εὐνοίας χάριν προῖκα Χῖον οἶνον πέμψαι Ἀθηναίοις.

Ex eodem loco Scholiorum Venet. et ἐγκώμια scripsisse Ionem cognoscimus, quae ibi post σκολιὰ inseruntur: ibidem recte scriptum est: ἔγραψε δὲ — καὶ καταλογάδην τὸν πρεσβευτικὸν λεγόμενον, ὃν νόθον ἀξιοῦσί τινες καὶ οὐχὶ αὐτοῦ. Vulgo pro καὶ legitur εἶναι, ut apud Nieberding. p. 53., qui pergit: φαίνεται δὲ αὐτοῦ καὶ κτίσις κτλ., ubi legendum esse φέρεται dudum annotaveram: et ita Venetus.

Omphalae fr. 9.

Καὶ τὴν μέλαιναν στίμμιν ὀμματογράφον,

exstat etiam apud Choeroboscum Crameri Ann. II, p. 259, 17. Ἰστέον ὅτι λέγεται καὶ ἡ στῖμις, τῆς στίμεως, τὴν στῖμιν·

Καὶ τὴν μέλαινα στῖμιν ὀμματόγραφος.

Rursus ibid. p. 413, 1. Διατί τὸ στίμμι θηλυκῶς λεγόμενον; οἷον ἡ στίμμι (scr. στῖμις) τῆς στίμεως· ἥ ἐν Ὀμφάλῃ·

Καὶ τὴν μελαιαν στίμμιν ὀμματογράφον.

Videtur igitur τὸ στίμμι et ἡ στῖμις dictum fuisse.

Fr. Inc. 1. ita edidit cum Wyttenbachii codice B (Plutarch. Cons. Apoll. VII, p. 346. Hutten.):

'Εξῆλθον ὑμῶν ἱκέτις ἡβώντων τροφὸς
παίδων βόθρους λιποῦσα πενθητηρίους.

Vulgo: ἐξῆλθον ἡμῶν καὶ τὰ ἡμῶν τρόφος: codex Xylandri ἡμωνῆται καὶ τοὺς ἡμῶν. Hinc verissime Fr. Iacobsius:

'Εξῆλθον ἡ μόνη τε καὶ τλήμων τροφός.

Idem Porsonus coniecerat Adverss. p. 278. rursusque adstruxit Iacobsius Lectt. Stob. p. XV., qui Wyttenbachii scripturam erudito correctori deberi non dubitat.

Fr. Inc. 6. nobilissimis versibus non profuit editor, qui sic scripsit:

Οὐ γὰρ λόγοις Λάκαινα πυργοῦται πόλις,
ἀλλ' εὖτ' Ἄρης νεοχμὸς ἐμπέσῃ στρατῷ,
βουλὴ μὲν ἄρχει, χεὶρ δ' ἐπεξεργάζεται.

Alteri versui ἂν inseruit Fabricius sive de suo sive ex libris: quod necessarium est. Non dubitasset de numerorum integritate editor, qui ἂν eiecit, si νεοχμὸς meminisset in pronunciando coalescere ita, ut bisyllabum evadat. Ἄρης priorem rarius quidem, at producit tamen apud Atticos, v. Meinekium Quaestt. Menandr. p. 38.

Fr. Inc. 11. ex Etym. M. p. 755, 24. ita editum est:

Σειραῖς ἀφύκτοις ὃν διαρθρεῖ δακτύλοις.

Certarum fabularum reliquiis addidisset editor, si usurpare licuisset Et. Gud. p. 216, 11. Καὶ ὁ Ἴων ἐν τοῖς κανόσι·

Συραῖς ἀφύκτοις ὃν διαρθροῖ δακτύλοις.

Mirum fateor titulum, sed quem attrectare non ausim: magis miri alii aequalium poetarum tragoediarum tituli. Διαρθροῖ recte scriptum est. Scribendumne δακτύλους?

Praeter haec adde aliud fr. apud Choerobosc. Bekkeri Ann. p. 1195, 33. Δεῖ γινώσκειν, ὅτι τὸ τραχὺς μόνον εὑρίσκεται συναιρούμενον κατὰ τὴν εὐθεῖαν τῶν δυϊκῶν εἰς τὴν ει δίφθογγον παρὰ Ἴωνι τῷ τραγικῷ, οἷον τὼ τραχέε, τὼ τραχεῖ.

Eruditissimus editor Achaei Eretriensis unum, quod cognoverim, praetermisit fragmentum, quo novum titulum dramatis satyrici lucramur. Scholl. Veneta in Aristoph. Pac. p. 652, 29. Dindorf. haec habent: Τὸ σὺν δορὶ σὺν ἀσπίδι Ἀχαιοῦ ἐστιν ἐκ Μώμου· οὐδὲν δὲ χεῖρον ὁλόκληρον θεῖναι τὸ ἰαμβεῖον, ὅπερ οὕτως ἔχει·

Ἄρης ὁ λῄστης σὺν δόρει, σὺν ἀσπίδι.

Edebatur δορί. De huiusmodi titulis satyricorum dramatum eorumque indole dixit Welckerus Append. Trilog. Aeschyl. p. 312. sqq.

Agmen claudat Sappho. Carminis II. versus 13 sqq. quum ita scribendos demonstrare studuissem in Exercitatt. Critt. p. 6 sqq.

Κἄδαν ἱδρῶς κακχέεται, τρόμος δὲ
πᾶσαν ἀγρεῖ, χλωροτέρα δὲ ποίας
ἔμμι κτλ.,

non persuasi neque Hermanno neque Bergkio, qui censuras illius libelli conscripserunt gratissimas. Et Hermannus quidem, qui ἄδαν illud iure explosit, genitivum ἱδρῶς recte habere concessit, in librorum scriptura ἐκ δε μι vel ἔκαδε μ' vel ἄδεμ' substantivum in ἐμα cadens latere arbitratus. Bergkius autem tenet id, quod in Actt. Societ. Graec. Fasc. I, p. 202. coniecit:

Ἁ δέ μ' ἴδρως κακχέεται.

Quod viro coniunctissimo dare nequeo, qui Grammaticum Oxoniensem genitivi exemplum prompsisse inde colligendum credam, quod praemittit haec: ἀναδέχεται κλίσιν ἀκόλουθον θηλυκῷ γένει. Praeterea κακχέεται cum accusativo iunctum non apto exemplo communivit. Hinc Hermannianae admonitionis memor poetriam dedisse suspicor:

Κἄνθεμ' ἱδρῶς κακχέεται·

Ut Sappho *sudoris florem* appellaverit largam multitudinem sudoris. Similiter *humorem sudoris* usurpavit Lucretius VI, 1185.

Sudorisque madens per collum splendidus humos.

Celeberrimum Sapphonis fr. est LXI. quod sic scribendum: Εἰπόντος τοῦ Ἀλκαίου·

Ἰόπλοκε ἁγνὰ μελλιχόμειδε Σαπφοῖ,
Θέλω τι Fειπῆν, ἀλλά με κωλύει αἴδως·
Αἰ δ' ἶκέ σ' ἐσλῶν ἵμερος ἢ καλῶν,
καὶ μή τι Fειπῆν γλῶσσ' ἐκύκα κακόν,
αἴδώς κέ τευς οὐκ εἶχεν ὄππατ',
ἀλλ' ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω.

Ultima dudum ratus sum vitium traxisse. Δίκαιον enim non recte infertur, ubi de honesto (ἐσθλῷ ἢ καλῷ) sermo est. Opem non ferunt neque priorum editorum neque Aristotelis Berolinensis copiae. Sed interpres ineditus saeculi XVI. — ego Io. Caselium suspicor —, cuius praestantissimus Rhetoricae Aristoteleae commentarius servatur in Bibliotheca Guelferbytana (codd. Helmstad. nr. 806. Ebert. nr. 82.) integer, haec perscripsit: „Αἴδε ἴκεσ' ἐσθλὸν ἵμερον, ἢ καλον καὶ μήτ' εἰπεῖν γλῶσσ' ἐκύκα κακόν αἴδως κεν σε οὐκ εἶχεν ὄμματα] Graecus commentator multa hic aliter legit: primum ἄιδε dicit alios legere ἄιθ'. Deinde ἴκες legit ἥκες. Tertio post ἴκες interponit ἐς. Quarto pro ἐσθλὸν legit ἐσθλῶν quomodo

et vetustissimus commentator legit. Quinto ἢ καλὸν primus om. Sexto pro καὶ μήτ' εἰπεῖν habet καὶ μη τιτ' εἰπεῖν. Ἐπέχε (sic)." Iam ad ultima venimus. Ad quae haec annotavit: „Ἀλλ' ἔλεγες περι ῳ δικαίῳ.] Vetustissimus legit ἀλλ' ἔλεγες βοῶν περι ἰδίω δικαίω. Sententia sane hoc modo lecti loci erit percommoda. Alioqui et Daniel Burharupt (sic) notat locum esse nomine mendi suspectum." Haec ille. *Vetustissimum* videtur dixisse commentatorem: cuius vestigiis insistendum erit ei qui hoc monstri domare aggredietur: ipsi frustra laboravimus. Nam quod in mentem venerat: ἀλλ' ἔλεγες βοόων περὶ σεῖο nemini se commendaverit. Illud obtinebimus, vocem δικαίω — codex Dresd. περὶ ῶι δικαίωι — in alienos fines irruisse. Coniicimus autem, initium factum fuisse ab ea voce strophae sequentis, qua Alcaeum allocuta sit poetria appellata et ipsa nomine ipsius:

Ἀλκαῖε . . . .

Sed haec aliis cordi sunto.

Fr. XLII. versus prior apud Choeroboscum in Aldi Cornu Copiae p. 268. citatus non scriptus est, ut Toupio credidit Neuius, sic: Εὐμορφοτέρα Μναΐδος καὶ τᾶς ἁπαλᾶς Πυρινῶς, sed in nostro certe exemplari sic: Ἀμορφότερον Μναΐδος, καὶ τῆς ἁπλῶς πὺρινῶς· ἔστιν ἡ μνῆϊς αὕτη· καὶ ἡ πυρινὼ ὀνόματα κύρια. Sed vel sic tamen Μνασιδίκας nomen Longini testimonio sartum tectumque est. Sed ibidem aliud affertur fragmentum Sapphonis, si recte coniicio, satis memorabile. Choeroboscus: Τὴν αἰτιατικὴν οἱ Αἰολεῖς καὶ μόνοι προσθέσει τοῦ ν̄ ἐποίουν τὴν λητών (scr. Λάτων)· ὡς καὶ ἡ χρῆσις δηλοῖ· ἠρων ἐξεδίδαξε γυάρων ※ τὴν ἀννοδρόμον· αἰτιατικῶς γάρ ἐστιν ἀπὸ εὐθείας τῆς ἠρώ.

Difficile profecto tam laceris membris spiritum vitamque reddere. Dicam tamen quid opinatus fuerim. Possit Sappho dixisse de Cyrena nympha, quam Chironem educasse fama fuit, in hunc modum:

ἤρων ἐξεδίδαξε
Κυράναν υυ — υ τανύδρομον.

Ut τανύδρομον de puella venatrice, qualem Pindarus describit, positum sit: nam ἀννοδρόμον nihil est: sed poterat τανυσίδρομον esse. Ἥρω autem Aeolensibus sonuerit idem quod reliquis Graecis ἡρωῒς vel ἡρωΐνη. Multo tamen probabilius illud est, Ἥρων dixisse poetriam unam puellis de popularibus, quae id nomen gesserit. Ut nunc res est, nihil dirimi potest.

Postremo tenuis loci Sapphici memoria exstat apud Eustathium Opuscc. p. 345, 54. Φιλία τις δηλαδὴ πολυ-

ῥέμβαστος καὶ καλὸν δοκοῦσα — εἴποι ἂν ἡ Σαπφώ — δημόσιον. Δαμόσιον erat Aeolice.

Haec hactenus.

A d d e n d a.

Pag. 36. Fr. X. Hermannus verissime πίτναντες postulat. Bergkius autem versus ita digerit:

Πιτνῶντες θοὰν·
κλίμακ' ἐς οὐρανὸν αἰπὺν . . .

idemque vidit haec ad idem carmen pertinere, ex quo est fr. inc. 137. Boeckh. Igitur consentimus: convenit inter nos etiam in eo, quod vv. θοαῖς ἀφροσύναις et θοὰ δ' ἐπεδέξατο γᾶ eidem Pindaro assignamus. Nisi quod Bergkius forsitan ex eodem carmine repetita coniicit, in quo Aloidarum facinus iisque inflicta poena descripta. V. Zimmermann. 1836, VI. p. 539 et 547.

Pag. 37. Fr. XIII. Bergkius βληχρὸν vulgari significatu positum censet.

Pag. 53. Huius Scholii auxilio expediri poterit locus vel Lehrsio de Aristarchi Stud. Hom. p. 190. obscurus. Scholia Ven. A Homeri Il. N, 66. Τοῖιν: ἡ διπλῆ πρὸς τὸ δυϊκὸν σχῆμα. ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τὰ περὶ τῶν Σειρήνων, νηάων Σειρήνοιιν, ὅτι ὁ λόγος ὡς περὶ δύο. Hinc colligimus exstitisse, qui ex Epicharmo Homeri carminibus formam Σειρηνάων impertirent, quo evanesceret quod inter Odysseam M, 52. sequioresque poetas obtinet discrimen de numero Sirenum: erant enim qui tres quattuorque statuerent, v. Scholl. Vulg. Odyss. M, 39. Quam opinionem reprobavit Aristarchus, unde Scholl. Q Odyss. M, 52. Ὅτι δύο καθ' Ὅμηρον αἱ Σειρῆνες, οὐ τρεῖς. Tu vide igitur, num ita redintegrandum sit illud Scholium: ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τὰ περὶ τῶν Σειρήνων (καὶ οὐ Σειρηνάων, ὡς νησάων)· λέγει γὰρ Σειρήνοιιν κτλ. Sed alii Grammatici inter pluralem dualemve nihil interesse in Homericis rati Σειρήνοιιν pluralis vicem gerere statuisse videntur.

Epicharmi fr. LXXXI. in Etym. M. ita scriptum est p. 199. Βλείς. Ἐπίχαρμος τυροβλείς. φασὶν οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ βληθεὶς καὶ κατὰ συγκοπὴν τοῦ η καὶ θ, βλείς. ἢ ἀπὸ τοῦ βλῆμι· ὁ δεύτερος ἀόριστος ἔβλην· — ἡ μετοχὴ βλείς. κίνημα γὰρ καὶ οὐ συγκοπή. οὕτως

Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν. Pessime Sylburgius τύρῳ βλεὶς coniectavit, quod esset *caseo ictus*. Activa potestate posuit Epicharmus, quod docet Scholiasta Ven. A Homeri Il. N, 288., quem ignorat editor Batavus. Verba haec sunt: Βλεῖο: βληθείης. ἔστι δὲ ἀκόλουθον μετοχῇ τῇ βλέμενος. κέχρηται Ἐπίχαρμος καὶ τῷ ἐνεργητικῷ·

αἴκα τὺ βλείης σφενδόνᾳ.

Et paullo post: τὸ δὲ βλείης τῇ βλεὶς παράκειται. Ita Bekkerus: apud Villoisonium αἴκα τὸ βλείῃ σφενδόναι editum, unde Heynius βλείης σφενδόνᾳ corrigit. Sed quum non dubium videatur, quin idem locus qui ab Herodiano allatus sit ab Scholiasta, βλεὶς Grammatici testimonio stabit. Exiet igitur particula tetrametri trochaici haec:

αἴκα τὺ βλεὶς σφενδόνᾳ . . . .

I. Index vocum Pindaricarum.

II. Index Rerum et Verborum.

III. Index Scriptorum Emendatorum.

P. 39 ff:
Callimachus.
Hesiodus.
Solon.
P. 45 ff. Archilochus.
Melanippides.
Epigrammata.
Anacreon.
Hipponax.
P. 50 ff Epicharmus.

P. 59 ff Simon. Ceus

P. 63 ff Ion Chius.
Achaeus Eretr.
Sappho.

[illegible] p. 47.

Exercitt. critt. in Poetas Graec. cap. XII i Zimmerm. Zeitschr. 1837 no. 24.

Exst. prooem. ph. ed. Zim. Zeit. 1838 N° 5 (Th. Bergk).